This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gt
14
403

Gt 14.403



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).

14 Sept., 1885.

- 51

QUAESTIONES
DE DIALECTO THEOCRITEA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

EDMUND ALWIN GUIDO OPPEL

THURINGUS.

LIPSIAE

TYPIS EXPRESSIT G. DRUGULIN.

CIↃↃↃCLXXIV.

GR 14.403

SEP 14 1885

SEP 14 1885

VITA.

Ego Edmund Alwin Guido Oppel d. a. Cat. April. a. CIↃIↃCCCIL Munchengosserstadae in pago in provincia Thuringica sito natus sum patre Andrea Georgio matre Theresa de gente Heinecke, quorum pater adhuc superstes est. Scholam frequentavi Rudolphopolitanam, quae Rehdantzio rectore floret. Ubi cum per sex annos moratus et dignus inventus essem, qui universitatem adirem, a. CIↃIↃCCCLXIX m. Aprili academiae Lipsiensis cives receptus sum philologiae studiosum me professus. Audivi viros illustrissimos Brockhausium, Curtium, Drobischium, Hildebrandium, Langium, Overbeckium, Ritschelium, Zarnckium, societatibus grammaticae Curtii, antiquariae Langii interfui, omnibusque illis viris, ut qui optime de me meriti sint, gratiam habeo quam maximam.

DIALECTUS THEOCRITEA QUAE SIT EX EDITIONE AHRENSIANA.

§ 1. De vocalibus brevibus.

Temporibus antiquissimis linguarum quas vocant indogermanicarum tres fuerunt vocales breves a, i, u[1]. Primum quidem a ceteris praevaluit, id quod inprimis ex lingua sanscrita apparet, sed in singulis linguis magis magisque attenuatum et mutatum est. Lingua vero Graeca a illud genuinum aut intactum reliquit aut in vocales breves ε et o mutavit.[2]) Quam quidem rem lingua quam vocant vulgaris vel Attica perfecit et firmavit; in dialectis autem et autoribus qui dialectos sequuntur Graecis nonnumquam leguntur formae, quae a lingua vulgari differentes statui linguae Graecae antiquiori respondeant. Itaque in idylliis Theocriteis quae cum alias tum inprimis dialectum doricam imitantur, saepius a breve exhibetur, quod lingua vulgaris jam in ε vel o mutavit. Num a breve jure genuinum putetur, et ex lingua Graeca ipsa et ex linguis propinquis diiudicari potest. Theocritus vero has formas praebet: ἔτραχον II, 146, contra vulgare τρέχω II, 114. Ahr. d. d. 117 affert τράχον Pind. Pyth. VIII, 34. Hesych: τράχε

---

[1]) Cf. Schleicheri Compendium[2] pg. 55. W. Christ, Grundzüge der Griechischen Lautlehre 1859. Leo Meyer, Vergleichende Grammatik des Griechischen und Latein. I, 96.

[2]) Cf. G. Curtius, über die Spaltung des A-Lautes im Griech. und Latein. in den Berichten der königl. S. Ges. d. Wiss. ph. hist. Klasse 1864.

πορεύου, θραξεῖται πορεύσεται, θρακτικὸν πορευτέον. Epicharm. frg. 20 ἀνατράχων. Graeco respondet Goticum thrag-ha et anglosaxicum thrah.

τράφω XI, 38. ἔτραφε III, 19. IX, 33, sed τρέφω VIII, 45. XX, 159. linguae vulgaris flectit perfectum τέθραμ-μαι, aoristum passivi ἐ-τράφ-ην, Homerus ἔ-τραφ-ε. Ahr. d. d. 117 affert Acharn. 754 τράφεν, Pind. Pyth. II, 4. τράφοισα. IV, 115. τράφεν. Isthm. VII, 40 τράφειν. Archyt. p. 80 τράφεται, Hesych. τράφεται, πήγνυται. Stirpi Graecae -τραφ- respondet sanscritum tarp-anam=satisfactio, goticum thraf-stja = consolor, lituanum tarp-ti = crescere.

ἔταμον XVIII, 34. ταμών IX, 27. ἐτάμοντο XIII, 20. Aoristus ἔταμον ne ab lingua Attica antiquiore quidem alienum, in Jonica dialecto usitatum est, vid. Thucyd. I, 81 τάμωμεν. Ahr. d. d. 117 affert τάμνοισαι Pind. ol. XII, 6. ἀποτάμνηται inscr. Cret. (C. J. G.) 2556, 16 διατάμνω in tabulis Heracleensibus, C. J. Gr. 5774, 12 et ἔταμομες ibidem 5775, 40.

στραφθέντες VII, 131, sed στρέφω XIX, 11; lingua vulgaris flectit perfectum ἔ-στραμ-μαι. Ahr. d. d. 117 affert στράφω Sophr. 78. ἀμφιστραφής ex Diotogene Pseudopyth. (Stob. floril. 48, 62). στρέφω autem legitur in inscr. Corcyr. 1838 et Rhod. 2905.

ἀνετράπετο VIII, 92, sed τρέπω II, 163. τέτραφα legitur apud Demosthenem pg. 325 et Dinarchum p. 94. 104. 109. Ahr. d. d. 117 affert ἐπιτραψῶ ex inscr. Cret. 2555. G. Curtius in elementis etym. Gr. pg. 427 affert τράπω ionicum, ἐυ-τράπ-ελος mobilis, τραπ-έω torculari.

ἰσοφαρίζειν VII, 30, quod etiam Homericum est, a stirpe bhar, gotice baira, latine fero, quam lingua vulgaris in φέρ-ω mutavit.

εἰσέδρακον VI, 35 ad δέρκω, etiam Homericum est.

πιάξας IV, 35; legitur etiam apud Alcmanem fr. 20 Schn. ex Herodiani περὶ μονήρους λέξεως 44, 10 testimonio, et doricum vocatur Ann. Oxon. I, 367, 9. Et. M. 671, 29. Eusthat. 1573, 63. Aug. Fick I, 125 stirpem putat

*pisd pisad, quae sanscrite est pîḍ pro pisd, causativum pîḍaya = *πιάζω*, *πιέζω* ex **πισάδ-γω*.

σκιαρός VII, 123, sed *σκιερός* XII, 3 legitur Pind. ol. III, 14. 19. Exortum est ex *σκιά* sanscrite ḱhâjâ pro skâjâ, umbra.

γα XI, 23 in *ἔγω-γα* et V, 69. 71 in *τύ-γα*; *γε* autem legitur I, 109. III, 36. IV, 14. 29. 60. 62. V, 119. VIII. 10. XXII, 13. *γα* repperitur etiam apud Epicharm. 18, 58. Sophron. 51, 54. Lysistr. 105. 170. et doricum vocatur Et. M. 732, 30. sanscritum est gha.

Ut in his verbis *α* genuinum pro *ε* recensiore reservatum est, ita Theocritus *α* vetustius pro *ο* vulgari tradit in *εἴκατι* IV, 7. V, 86. XIV, 44. XV, 138, quod in lingua vulgari *εἴκοσι* (Theocr. XVI, 51) est, in sanscrita viçati, in dialecto boeotica *Ϝίκατι*, laconica *βείκατι*, aeol. *εἴκοσι* (inscr. Lesb. 2166).

Re inversa autem *τετόρων* XIV, 16. pro vulgari *τέσσαρες*, quod est XI, 41 et XIV. 29. *τέτορες* doricum respondet sanskrito ḱatvaras, latino quattuor, gotico fidvôr, ita ut linguae sanscrita et graeca vulgaris a reservarint, dialectus dorica autem et lingua latina et gotica in o mutarint.

Sed quamvis ă vulgare aeolice inprimis ante litteras liquidas ut *ὅμολος*, *χόλαισι*, *τομίας* (vid. Ahr. d. aeol. 75—77) in *ο* mutari soleat, *βόλλω* pro *βάλλω* infontibus dialecti aeolicae nusquam legitur. Contra *ὀμνάσθην* XXIII, 26 pro *ἀμνάσθην* fulcimine aeolico non vacat. vid. Ahr. d. aeol. 78.

ε ex *α* genuino exortum nonnumquam i fit, id quod et in lingua Graeca vulgari et in eiusdem singulis dialectis animadvertitur; velut a stirpe * as fit *ἐσ-τι* et imperatiores *ἰσ-θι*, a stirpe *ἑς* in *ἕν-νυμι*, sanscrite vas, in vas-ti-s in ves-ti-s vestire fit *ἱ(ϛ)-μάτιον*, a stirpe *τεκ-τέκ-ος*, sanscrite tak-man, *τεκ-εῖν*, *τίκ-τω*; praeter *θεός* legitur Creticum *θιός*, lacon. *σιόρ*; praeter *ἐγών* boeoticum *ἰών*, *κλιος* boeotice, pro *κλέος*, sanscr. çravas, *ἴωνθι* boeot. pro *ὥσι*

ex *ἐσ-ωντι vide Ahr. d. aeol. 179. Apud Theocritum accentu reducto ὄστιον II, 21. 61. III, 20. IV, 16 legitur pro vulgari ὀστέον, quod VII, 101 et XX, 105 exhibetur. Hoc ε in ι mutatum dialecti doricae est, quae huius rei exempla complura praebet, ut ἰστία pro ἑστία et συκία pro συκέη in tabul. Heracl. 5774, 124. Quam rem jam grammatici antiqui animadverterunt ut Et. M. 382, 42. Ἴωνες καὶ Δωριεῖς διὰ τοῦ ῑ ἰστιῶ καὶ ἰστία. Heracl. apud Eusth. 1562, 32. Σικελοὶ τὸ ἀρκτικὸν ε̄ ᾧ ἕπεται τὸ σίγμα εἰς ῑ μετατιθέασι, cuius rei exempla affert ἴσχω, ἴσπω, ἵζω, ἰστίη et 1579, 47. κατὰ τοὺς παλαιοὺς οἱ Δωριεῖς ἰστιᾶν λέγουσιν ἐν τῷ ἰῶτα. In editionibus ante-ahrensianis χαλκιοκάρδιος XIII, 5. φοινικίῳ II, 2. χάλκιος II, 41 legebantur, quae cum ex dialecto dorica demonstrari non potuissent, Ahrensius jure suo e textu removit eorumque loco χαλκεο κάρδιος, φοινικέῳ, χάλκεος scripsit; nam cavendum est, ne in Theocrito forma quasi dorica scribatur, quae e fontibus vere doricis hauriri nequeat. ὄστιον autem praeter ὀστέον ex optimis libris idcirco restituendum esse videtur, quod formis similibus Μνασίας in titulo Gepholl. nr. 1918 et Phocico Ross. n. 81 et Στασίας corc. 1758 fulcitur; deinde autem ὀστέον, sanscr. asthi, zend. açti ex ὀσ-τε-jον ortum esse, Georgius Curtius in etym. Gr. elem. pg. 198 demonstrat, ita ut ὅστιον praeter ὀστέον a lingua Graeca alienum non sit.

Num apud Theocritum δένδρεον pro δένδρον scribendum sit, non satis constat. ἀδελφεός pro ἀδελφός legitur XIX, 8. XX, 139. XXI, 35. XX, 5 coniectura Meinekii, quam Ahrensius pro lectione vulgata ἀδελφούς vel ἀδελφώς recepit. Ahrensius vero d. d. 123 δένδρεον ita declarat, ut ε insertum sit velut in tabul. Heracl. et titulis Cretensibus, velut ὤεον apud Epicharmum et πέλεθρον in titulis Amphiss. et Corcyr. pro πλέθρον. Plane autem diversum est ε, ut dicit, insertum inter duas consonantes ab ε inserto inter duas vocales. Haec enim res, ut ἄστραπή et ἀστεροπή,

quam grammatici *ἀνάπτυξιν* vocant in primis in lingua latina apparet, ut *agro ager *dextro dexter, dextra dextera. In *δένδρεον* autem et *ἀδελφέος* ε non insertum est. *δένδρεον* enim reduplicatione ex stirpe *δρυ* exortum est, vid. G. Curt. El. 224. *ἀδελφεός* autem brevius factum ex **ἀδελφε-ιος* quod exortum est ex *α* = cum, *δελφεϝ* (*δελφύς* = uterus), suffixo *-ιο-* ut sit couterinus, sanscrite sa-garbh-j-a-s.

---

§ 2. De vocalibus longis et diphthongis.

a) *ᾱ* pro *η*.

α longum pro *η* vulgari Doriensium esse, jam grammaticos antiquos non fugit; quos quidem cum linguam quam vocant *κοινήν* quo dialectorum formas metirentur, canonem sibi sumerent, saepe errasse, facile intelligi potest. Et ne hanc quidem rem diligenter observaverunt velut Gregor. Cor. 79 *οἱ Δωριεῖς τὸ η̄ εἰς ᾱ τρέπουσιν*, quandoquidem *η̄* in dialecto dorica non insolens est. Quam rationem *α* longi reservandi dialectus dorica secuta sit, ne grammatici quidem recentiores diligenter noverunt. Egregius demum ille Ahrensii liber de dialecto dorica hanc materiem satis adumbravit et inscriptionibus Graecis et nonnumquam disciplina quam vocant comparativa adhibita lucem de hac re dispersit. Quae res etiam textui Theocriteo restituendo maximi fuit momenti et Ahrensius ipse quae inde prodierant magna cum utilitate adhibuit. Nunc igitur constat, dialectum ionicam a longum genuinum in *η* mutasse linguamque quam dicunt *κοινήν* rationem ionicam nonnumquam esse secutam, dialectum autem doricam a illud genuinum locis certis ut aliquid antiqui reservasse. Similiter factum est in linguis germanicis, quarum gotica praebet jêr, vêns, stêlum, lêta, tiutisca vero jâr, wân, stâlum, lâzu. Videndum autem est,

num ratio quaedam α longi reservandi et in η mutandi constans linguis propinquis comparatis inveniri possit, idquod ita consequi mihi videor, ut distinguatur, quae α longae exempla ex lingua Graeca sola, quaeve reliquis linguis adhibitis explicari possint.

Dialectus dorica α longum praebet, ubi id ex α brevi exortum esse lingua Graeca ipsa demonstrat. Optime hoc apparet in augmentis quae dicuntur temporalibus, verborum quorum stirps praesentis α brevi init; dialectum doricam tum semper α longum pro η vulgari exhibere, ex Ahr. d. d. 129 perspicuum est. Quam rationem Theocritus his locis secutus est: *ἄφθη* II, 25. *ἄγαγε* II, 64. 101. III, 46. *ἐξάλλαξε* III, 84. *ἄννυτο* II, 91. *ἄννεν* III, 40. *ἄλατο* III, 41. *ἄγε* III, 42. *ἀνάϋσαν* IV, 37. *ἐπάξα* IV, 28. *ἄλγεες* V, 41. *ἀννσάμαν* V, 144. *συνάγαγον* VI, 2. *ἄννσε* VII, 6. *ἄννμες* VII, 10. *ἄγαγε* VII, 92. *ἄειδον* VII, 140. *ἀμείβετο* VIII, 8. *ἄειδε* VIII, 29. *ἐξᾶρχε* VIII, 65. *ἄεισα* IX, 29. *ἄγες* X, 2. *διᾶγε* XI, 7. 77. *ἀγεῖτο* XI, 11. *ἄειδε* XI, 17. *ἄϋσεν* XIII, 55. *ἄγον* XIII, 67, *ἐφᾶπτεν* XIV, 23. *ἄγον* XIV. 42. *ἄειδον* XV, 103. *ἄϋσεν* XIX, 23. *ἄγαγον* XXI, 2; rarius rationem vulgarem sequitur ut: *ἠγνοίησεν* VI, 14. *συνήντετο* VIII, 1. *ἠγάγετο* XV, 64. *ἠωρεῖτο* XX, 51. *ἐφημμένον* XX, 52.

Deinde α longum apparet in verbis flectendis, ubi stirps verbalis α breve exhibet et α longum reduplicatione soni quadam exortum est. Apud Theocritum igitur hae formae leguntur; a *φᾰ, φᾰ-ναι. φᾱμί* IV, 26. VIII, 7. *φᾱτί* I, 50. *φᾱ-σῶ* XI, 59. *ἔ-φᾱ-ν* II, 129. *ἔ-φᾱ* I, 78. *φᾶ* XIX, 101., sed *ὑποφῆται* XVII, 15 et *ὑποφήτης* XX, 116. *φᾱμᾰ* autem VII, 92. — a stirpe *στᾰ* in *ἱστά-ναι* **στιστα-ναι* sanscr. tiṣṭhâ-mi *στᾱ-σῶ* V, 53. *στᾱ-σῇ* I, 100. *ἀνέ-στᾱ* XV, 53. *ἔ-στᾱ-σε* epigr. VI, 5. *ἐ-στά-σατο* id. VII, 149. *ἐ-στᾱ-σαντο* XVIII, 63. *ἐ-στά-καντι* XV, 182., sed *διαστή-σαιντο* XVII, 97. — a stirpo *βα* in *βα-ί-νω ἔβαν* V, 9. *ἔβα* I, 127. XV, 35. 38. 57. *συνέβα* X, 8. 10. *βᾶμες* XV, 22. *βασεῦμαι* II, 8. IV, 26. XIV, 56. *βεβάκει* XIV, 43. *βεβακώς* XIV, 65.

βᾶμα XV, 27. — a stirpe μα μασεῦμαι XI, 57, sed ἐμήσατο XX, 128; — a stirpe καμ, quae ut sequentes metathesi mutatur, κεκμακώς I, 16. α θαν ἔθανον I, 122. θνάσκει II, 5. τεθνάκαμες II, 5. θνατᾶς I, 94. XIII, 4, XV, 106, sed θνητός XIX, 83. XX, 18. — a μαν in ἐ-μάν-ην μιμνάσκετο XIII, 24. μά-σομαι XVII, 37. μνάσῃς XV, 36. ἐμνάσατο XIX, 33. μέμναμαι V, 40. 118. μέμνασαι V, 116. μεμναμένος III, 27. VII, 68. XVIII, 42. epigr. VIII, 3. μνᾶστις XXII, 33. ἄμναστος XVI, 42. μναστεύω XVIII, 6. — a stirpe ταμ in τάμνω et ἔ-ταμ-ον νεο-τμά-τοισι VII, 133. — a stirpe δαμ in δάμ-νω et δαμ-άζω δμα-θεῖσα VIII, 93. δέδμανται XV, 110, sed δέ-δμη-ται XVII, 28. δέ-δμη-νται XVII, 82; — contra vulgarem in modum a βα in ἔ-βαλ-ον σύμ-βλη-τα V, 92. ἀπό-βλη-τον XVII, 137.

α longum etiam facile explicari potest in formis a verbis in ᾱω derivatis, ut νεμεσσατά I, 94. ἀγατόν, 111. κομᾶσαι 120. σκιρτασεῖτε 139. ἐκπεπότασαι II, 19. XI, 69. ἀνίασε II, 23. πέρασαι 50. ἐπέρασα 70. κομάτας V, 4. VIII, 82. a κομάω, ἐκτάσα V, 6. νικασεῖν V, 28. VIII, 7. ἐνίκασας VIII, 36. 91. βασεῖσθε V, 109. ἀνήσσατοι VI, 45. κνάσαιο VII, 109. διεκρανάσατε, 159. μωμάσατο IX, 24. ὀψαμάτας X, 5 ab ἀμάω. ἀμάσας XI, 70. τολμασεῖς XIV, 66. περονατρίδα XV, 21. ἐμπερόναμα 34. περονάματα 79. ἀλαθείς XIV, 51. ἀγαπατάν XVIII, 3. ὥρμασε XIX, 42. τίματα XXII, 26. ὀνασεῖ VII, 36. ὤνασαν XIV, 57. ὀνάσῃς V, 69. ὠνάθην XV, 55. ὄνασις XIV, 23. Propter has formas doricas vulgares quoque leguntur: ἐκτήσατο epig. IV, 3. νίκημι id. VII, 40. νενίκηνται XVI, 15. ἀνίκητος XX, 111. ἀγαπητός XV, 148. XVI, 108. XVII, 64. ὠρμήθη XX, 199. ἐτιμήσασθε XV, 29. ἐτίμησε XVII, 67. μυκήσατο XX, 75. μυκητός VIII, 6. μύκημα XXI, 21. ἀιχμητής XVI, 103, XVII, 56. 58. ὤνησαν XII, 26. et forma ionica ἐπέρησε XVII, 14.

Ex eodem ordine sunt vocabula ea quorum α longum in dialecto dorica pro η vulgari apparens in stirpem in α breve Graecam reduci potest; Theocritus praebet ἀδύς I,

7. 12. 26. 88. 133. 135. et saepius emanat a stirpe *ἀδ(σϝαδ)* in *ἀδ-εῖν* **ϝ-ε-ϝαδεῖν*. *λαψῇ* I, 4, 10. in stirpem *λαβ* redit, quae est in *ἔ-λαβ-ον*. — *ἐκλάθω* I, 62. *λασῶ* XIV, 9. *λασεύμεσθα* in *λαθ*, quae est in *ἔ-λαθ-ον*; eodem numero sunt *λέλασται* II, 156. *λασθῆμεν* II, 46. *λάθα* II, 45. *ἀ-λαθ-ής* *α* quod dicunt privativo II, 93. 153. III, 30. VII, 44. XIX, 65. XXIII, 12. et inde *ἀ-λάθ-ιν-ος* XII, 15. epig. VIII, 3. — a stirpe *αγ* quae est in *ἄγ-ω* *ἄγ-αγ-ον* formatur *ἀγεῖσθαι*, *ἀφαγέο* II, 100. *ἀγεῖτο* XI, 11 et *ἀγεμονεύω* *ἀγεμών* substantivo interposito, *ἀγεμόνευεν* XI, 25; ejusdem stirpis est *ἀρχηγός* XX, 110. — a stirpe *γαμ* quae est in *γάμ-ος*, *γαμ-έω* aoristus *γᾶμμι* III, 39. *γᾶμεν* VIII, 95. — a stirpe *κρα* vel *κερα* quae est in *κεράν-νυμι* *κρατήρ* V, 53. 104. VII, 64. — a stirpe *σαρ* quae est in futuro *σαρ-ῶ* perfectum *σεσᾱρώς* VI, 116. — a *καθαρός* derivatur *καθαίρω* et inde aoristus *ἐκάθαρεν* V, 119. — a stirpe *γαυ* quae est in *γαῦρος* = superbus, *γα-ί-ω* gaudeo, *γά-νυ-μαι* et *γά-νος* *θ* accedente formatur *γᾶθέω*, *γᾶθεῦσιν* IX, 39. *γεγᾶθότες* VII, 133. — a *θαλ*, quae est in futuro *θαλῶ* *τεθᾱλότας* XIV, 90, sed *τεθηλόσι* XX, 106. — a *μακ* quae est in aoristo *μᾰκών* Od. XVIII, 98 et in perfecto *μεμᾰκυῖα* fit *μᾶκας* I, 82. — a *ταμ*, reduplicatione *ταμ*, *γ* accedente exortum est *διατμᾶγω*, *διέτμαξεν* VIII, 24. — reduplicatione vocis *ἄλλος* natum est *ἀλλάλων* quod legitur XIV, 46. XV, 10. 50. XVIII, 53. XIX, 65. XXIII, 34.

Adverbia loci semper *α* longum pro *η* exhibere, mirum esse non potest, quod casus dativi sunt, id quod Ahrensium fugisse videtur.

Non sine offensione est, quod verba *πονέω* et *δινέω* non apud Theocritum modo, verum etiam in optimis Doridis fontibus stirpes futuri, aoristi, perfecti in *α* longum faciunt, ut *ἐξεπόνᾱσα* VII, 51. *ἐξεπόνᾱσας* VII, 84. *πεπονᾱμένος* XIII, 14. *πεπονᾱμένα* XXI, 7. *ἐξεπόνᾱσε* epig. IV, 5. *δίνᾱσε* XIX, 10. Ahrens. d. d. 148 igitur Dorienses *πονάω* a *πόνος* et *δινάω* a *δίνα* dixisse putat.

Deinde *α* longum apparet in vocabulis, ubi ex *α* brevi productione quadam metrica longum factum esse videtur, ut *ἐπάκοος* VIII, 25. *ἀνάριθμος* XV, 35. XVI, 90. *ἀνάνυτος* XVI, 82. *ἐπάβολος* XXII, 2. *ἐυάνεμος* XXII, 5. *ἀνυσίεργος* XXII, 14; vulgarem in rationem: *ἀνήριθμος* XVI, 64. *ὑπήνεμος* XX, 32. Cuius rei inprimis Homerus exempla uberiora suppeditat.

Tum *α* longum ex lingua Graeca ipsa declarari potest, quae stirpem genuinam in *α* breve praebet in his vocibus:

κράνα I, 79. 137. III, 4. V, 3. 47. VI, 3. VIII, 36. sed *κρήνην* XX, 37 quod legitur etiam in inscript. Amphiss. (C. J. Gr.) 1688. et Cyrenaica 10. Messen. 43. a *κάρα* separari non posse G. Curtius elem. etym. Gr. 139 putat. Eiusdem stirpis est *ποτίκρανον* XV, 3.

νᾶες XVII, 90. *νᾶας* VII, 152. *ναῖ* XI, 58. *νᾶα* XVII, 48, sed *νῆας* XX, 17. *νηός* XX, 17. *νᾶμα* VII, 115. *νᾶσος* I, 109. VI, 33. XVI, 85. XVII, 90. *Πελοπον-νασιστί* XV, 92 quae vocabula a stirpe *να* (vid. G. Curt. el. 298) vel *ναϝ* derivanda esse videntur.

ἀνιαρός III, 55. VII, 123, sed *ἀνιηρός* XX, 134 ex *ἀνία* (*ἀνιάω*, *ἀνιάζω*) exortum esse persipicuum. *μᾶλον* II, 119. III, 13. 40. V, 88. VI, 7. VII, 116. 143. VIII, 2. 16. 81. XI, 10, quod legitur etiam in Theogn. Oxx. II, 913. Lysistr. 155 ex eodem radice quo *μαλ-ακός* natum esse G. Curt. el. 303 putat. Ex eadem serie sunt: *μαλίς* VIII, 81. XIII, 42. *ὁμομαλίς* V, 94. *συνομαλίς* XVIII, 22. *μελίμαλον* XI, 37. *μαλοπάρανος* XXI, 1.

βέ-βᾱλος III, 30, sed *βέβηλοι* XXI, 14 a stirpe *βα* in *βα-ί-νω* separari non potest.

πλᾰγά XX, 110 e radice *πλακ*, quae in *πλαγ* mollita et in *πλήσσω* inest, manavit. *πᾰ́γνυμι* XI, 63 a radice *παγ* in *ἐ-πάγ-ην*.

σμᾶμα XV, 30 pro **σμαγ-μα* a *σμάχω*, quod ex *σμάω* formatum est.

θᾰέομαι XV, 94, quod legitur etiam in Theogn. Oxx.

II, 102, 21, sed *θηεόμενοι* XX, 36. attice *θεάομαι* metathesi quadam prosodiae, e stirpe *θᾰϝ* manavit.

βαρυ-μάνιος XVI, 9. ex radice *μαν* quae est in *ἐ-μάν-ην*, *μα-ί-νω*.

ἀλίθιος XIV, 9. cum *ἀλᾶσθαι*, *ἀλεύασθαι*, *ἠλεός*, *ἦλος* cohaeret vid G. Curt. elem. 509. *ἀλακάτα* XXII, 1. a G. Curtio elem. cum stirpe *αρκ*, quae est in *ἀράχνη* confertur.

α longum deinde apparet in terminationibus declinationis stirpium in *α* longum quas lingua vulgaris partim femininas in *-α* et eas quidem nonnumquam in nominativo et accusativo singularis correptas et in *η* partim masculinas in *ας* et *ης* praebet. Nec minus lingua Latina quam Graeca stirpes initio in a exeuntes in duas partes divisit, quarum prior et longe maior stirpes in a (declinationem quam dicunt primam), altera stirpes in e longum (declinationem quintam) continet. Sunt quidem qui hanc doctrinam spernant, quae tamen consensu reliquarum linguarum indogermanicarum fulciri videatur. In lingua autem Sanscrita stirpes in a longum axeuntes nondum divisae erant, cui rerum statui dialectus dorica par est. Quamvis Theocritus rationem doricam maximam partem usurpet, non raro tamen fit, ut formae et vulgares et ionicae in textu Ahrensiano exhibeantur.

Atque rationem doricam idyllia XIV, XVIII, XXII, XXIII, epigr. VIII prorsus sequuntur, reliqua autem omnia modo magis modo minus a dialecto dorica discrepant, ita ut idyllium primum uno loco dativum pluralis, *ῃσι* pro *αισι*, 86 *μετὰ τῇσι* exhibent; II. genetivum *ης*, *κίρκης* 15, dativum pluralis in *αις*, *ἀέρσαις* 106, *κακίαις μανίαις* 135 et in *ῃσι ἀμετέρῃσι θύρῃσι* 41, *πορφυρέῃσι ζώστρῃσι* 121; III. singularis nominativum in *α*, genetivum in *ας λύσσας* 46 et in *ης Ἀλφεσιβοίης* 44, accusativum in *αν*, pluralis dativum in *ῃσι*, *ἀγκοίνῃσι*, 46. — IV. singularis nominativum, genetivum, dativum in *α*, accusativum in *αν σκα-*

πάναν 10. καλάν 17. Αἴδαν 27. ἄν 53. ταύταν 53. τήναν 59. ἀκμάν 60 et in ην, βίην 8. — VII. singularem universum in ᾱ, pluralis dativum in αισι vel αις αἰμασιαῖσι 22. σκίλλαισι 106. κνίδαισι 109. γλαυκαῖς 59. ὅσαις 60. αὐταῖς 69. πεύκαις 87. μοίσαις 94. et in ῃσι ὄχθῃσιν 74. κακῇσιν ἀτασθαλίῃσι 78. νάρκῃσιν ἀνιαρῇσιν 123. — IX. singularis genetivum, dativum, accusativum in ας, ᾳ, αν, nominativum in α Μενάλκας 2. Αἴτνα ἐμά 15. ὠδά 31 et in η: Κίρκη 36, pluralis dativum in αις (αισι) σπείραισι 3. κοίλαις 16. μελίσσαις 34 et in ῃς (ῃσι) πέτρῃσι 16. 26. Ὑκαρίῃσι 26. X. singularis nominativum, genetivum, dativum in α, ας, ᾳ accusativum in αν τὰν ῥαδινάν 24. Σύραν 26. ἰσχυάν 27. τάν 30. 39. εὐνάν 58 et in ην: βορέην 46. XII. omnes formas in η, ης, ῃ, ην, ῃς (ῃσι). — XIII. singularis et pluralis dativum in ᾳ, αις (αισι), singularis nominativum in α Αἰσονίδας 17. Εὐνείκα 42. Ἀμφιτρυωνιάδας 52. ἀραιὰ φωνά 56 et in η δεξιτέρη 54, genetivum in ας σεισομένας 13. ναυτιλίας 24. φθεγξαμένας 59. εὐνᾶς 60 et in ης: Ἀλκμήνης ἠρωίνης 20, accusativum in αν τάν 7. κοιλάν 25. Κιανάν 27. χαμεύναν 30. κράναν 36. Ὕλαν 55. ἑτοιμοτάταν 60. λιποναύταν 70 et in ην δειελινήν 30. — XV. singularis nominativum genetivum, pluralis dativum in α, ας, αις (αισι), singularis dativum in ᾳ ταυτᾷ 18 et ῃ: Ἑλένῃ 110, accusativum in αν: τὰν 14. 21. 66. αὐτάν 33. τὰν ψυχάν 37. γνωμάν 38. τὰν θολίαν 39. αὐλείαν 43. κενεάν 93. ἀθανάταν 116. Βερενίκαν 107. κόμαν 133 et in ην Ἥρην 64. — XVI. singularis nominativum in α: κνάμα 18. Πριαμίδας 49. Ἀθάνα 82. ἀνάγκα 85 et in η Λαέρτης 56. κούρη 82, genetivum in ας κενεᾶς 10. τιμᾶς 46. γλαυκᾶς 61. βοᾶς 97 et in ης χροίης 49. Λιβύης 77, dativum in ᾳ μακέλᾳ 32. βοτάνᾳ 91 et in ῃ τραπέζῃ 27, accusativum in αν: γλαυκάν 5. Αἴδαν 52. ὀδῖται 93. Ἀρέθοισαν 102. αἰγμητάν 103 et in ην: πενίην 33. ἁρμαλίην 35. τιμήν 66. Σικελήν 102, pluralis dativum in αις (αισι) κούραις 1. Κρεώνδαις 39. μοίσαις 69. πολίταις 88. Θήβαις 105. μούσαισι 107 et in

ης (ησι) Σκοπάδησι 36. κεραῆσι 38. ἀμετερῆσι 107. — XVII. singularis nominativum in α (ας) Λαγείδας 14. Ἡρακλείδας 26. Βερενίκα 34. 46. 56. πότνια κούρα 36. Ἀφροδίτα 45. Ἀργεία 53. δεξαμένα 59. στειβομένα 123. ἰφθίμα 129 et in η(ης) Κρονίδης 24. κονίη 122, genetivum in ας φίλας 29. Ἥβας 32. Διώνας 36. Ἀντιγόνας 61. πολλᾶς γᾶς 76. πολλᾶς θαλάσσας 76. φοινίκας Ἀραβίας 86. Συρίας Λυβίας 87. τέχνας 114 et in ης φιλεούσης 42. εὐεργεσίης 116, dativum in ᾳ Αἰακίδᾳ 56. μιᾷ 68. γᾷ 121. φίλᾳ 124 et in ῃ: πρῇ 68. Ἄρῃ 134, accusativum in αν: Ἴδαν 9. βουλάν 15. γενειήταν 33. κνανέαν 49. ἀκοντιστάν 55. πρώταν 59. κολώναν 68. διεράν 80. λιγυρὰν ἀοιδάν 113. δωτίναν 114 et in ην: φαρέτρην 30. ἑήν 39. ἀρετήν 138, pluralis dativum in αῖς (αισι) ἀοιδαῖς 2. πινυταῖσι 34. τρισσαῖς 83. αἰχμηταῖς 88. ἀλλοτρίαισι 99. κώμαις. Ἀτρείδαισι 119 et in ης (ησι): Πέρσῃσι 19. Οὐρανίδῃσι 22. θηλυτέρῃσι 22. 35. φίλῃσι 65. Αἰγυπτίῃσι. — XIX. Singularis genetivum, dativum, accusativum in ας, ᾳ, αν, nominativum in α: Ἀλκμήνα 2. 34. 60. ἁπτομένα 6. φαμένα 10. κεκαρωμένα 58. Τειρεσίας 102. Ἱππασίδας 129. εὐνά. τετυγμένα 135. ἀσκητά 135 et in η (ης) Ἥρη 13. πολεμιστής 130, pluralis dativum in αις (αισι) κνανέας σπείραισι 14. μύλαις 51. ἁπαλαῖς 54. Ἀργείαισι 78. μεγαλαῖς ἀρούραις 108 et in ῃσι: σπείρῃσι XIX, 30. ἀγρίῃσισχίζῃσιν 91. — XX. Singularis nominativum semper vulgarem in modum ut κοπτομέιη 16. λιπαρὴ γαλήνη 19 et alia, genetivum septies vulgariter, ter ionice ης pro ας, μιῆς 30. Ἰησονίης 31. σφετέρης 67; dativum quater vulgariter Ἑλένῃ ἄλλῃ πυγμῇ 104. αὐτῇ 117, alias ionice πέτρῃ 37. σιδηρείῃ 47. ἰδρίῃ 85. χροιῇ 114. σκαιῇ 119. ἑστίῃ πατρώῃ 205; accusativum semper vulgariter, pluralis dativum duodecies in αις et ter in ης (ησι) ναύτῃσι 18. σκληρῆσι 45. σπείρῃσι 80. — XXI. Singularis nominativum bis in α Αὐτονόα Ἀγαύα 19, semel in η ἐκγενέτης genetivum, dativum, accusativum, pluralis dativum in ας, ᾳ, αν αις (αισι). Epigrammata

quae Ahrensius vere Theocritea putat, has formas praebent. I. *ἐκείνα*. 2. *ταῖς*. II, 3. *Νικίᾳ*. 5. *γλαφυραῖς*. 6. *πᾶσαν τέχνην*. III, 1. *πάσαις*. 3. *σοφίῃ*. *τῇδε*. IV, 3. *νίκην*. V, 1. *ἡ*. *τήν*. 2. *οὐρανίην*. VI, 2. *λεοντομάχαν*. VII, 2. *σπουδᾷ*.

Terminatio primae personae medii temporum quae vocantur historicorum et optativi *-μαν* dorice pro *μην* vulgari est, quae ex stirpe pronominis personae primae reduplicata *mama *mâmi *mâm exorta est, vid. A. Schleich. Cpd.[2] 687. In lingua sanscrita *mama in a vel i mutatum est; Graeca autem statum antiquissimum reservasse videtur. Qua forma antiqua *-μᾶν* Theocritus non raro usus est velut *ἀρεσαίμᾶν* I, 59. *ἐφαρασάμᾶν* II, 83. *ἐφάμᾶν* II, 101. VII, 42. 90. 127. *δυνά-μᾶν* II, 107. *γενοί-μᾶν* III, 15. *ἱκοίμᾶν* III, 16. *ἁλοίμᾶν* V, 16. *ἀροίμᾶν* V, 20. *ἀννσά-μᾶν* V, 144. *ἀνεχοίμᾶν* XI, 50. *ἰοίμαν* XVI, 107. *ἐβολλόμαν* XXII, 15.

-τᾶν suffixum tertiae personae dualis activi, vulgo *τῆν*, exortum est ex tâm, quod in lingua quoque sanscrita apparet, vide Schl. Cpd.[2] 685. *ἐποιησά-ταν; -σθᾶν* suffixum tertiae personae dualis medii vulgo *σθην* in lingua sanscrita âtam legitur, cf. Schleich. Cpd.[2] 697. Theocritus has praebet formas: *ἐκτησάσθαν*, sed *γενέσθην* XII, 12.

Nomina substantiva quae vulgo in *της*, *τητ-ος* exhibentur dialectus dorica in *τας*, *τατος* format, quod mirum esse non posse linguae propinquae demonstrant. Neque enim in lingua Graeca sola suffixum illud *-τητ-* ad nomina formanda adhibetur, verum etiam in lingua Sanscrita, ut arishṭa-tâti = integri-ta(t)s, deva-tâti-et in latina novitât(i), civi-tât(i). Quid? quod in lingua zendica illud ipsum suffixum vel substantivum est, tât = facere. Plura de hac re vid. apud Aug. Fick I, 82. Schleich. Cpd. 441, L. Meyeri gram. comp. II, 532. Theocritus tamen non semper doricam rationem sequitur, ut *φιλότατα* XVIII, 55. *νεό-τατα* (novi-tât(i)), sed saepius rationem vulgarem exoptat ut: *φιλότης* XII, 20. *φιλότητα* XVI, 66. *νεότητα* XIX, 33.

Leguntur quidem apud Theocritum vocabula, quorum ᾱ longum ex lingua Graeca sola explicari non potest, quod aut stirps α breve continens non reservata est aut ne conici quidem potuit. Redeundum igitur erat, ad linguas, quae sunt eiusdem originis, cuius Graeca. Dolendum quidem est quod non contigit, ut quaecumque Theocritus praebet voces hoc modo explicentur.

ἀχέω II, 29. κατηχές I, 7 quod apud Pindarum et tragicos quoque α longo legitur, ab Aug. Fickio I, 187 (gloss. indogerm.) cum verbo vagiendi latino componitur, et sanscrito vâç-yate = clamat. Inde Graecum ϝαχ, doricum ἀχ-ά, vulgare ἠχή.

ἄλιος I, 95. X, 56. ἀλιόκανστος X, 27; apud Pind. Ἀλιάδαι et Ἀλιασταί; cuius forma antiquior ἀέλιος a G. Curtio elem. 371 et in Kuhnii ephemeridibus vol. I, 29 cum latino Auselios comparatur.

γᾱρύω I, 123 et apud Pindarum et Alcm. fr. 21 μελίγαρυες cum voce sanscrita gar in grijâmi, latina garrire, garrulus, tiutisca kirru, lituana garsas comparatur.

καταβλᾱχάομαι V, 42, sed βληχῶντο XVI, 92; in Aeschyli Sept. 330 et Eurip. Cycl. 48. 49. cum voce latina bâlandi, tiutisca blâzu comparatur, quae consensio stirpem genuinam in α breve fuisse satis demonstrat.

φᾱγός IX, 20 cum voce latina fagi gotica bôka, tiutisca buocha congruit.

μᾰκων VII, 115 et apud Alcm. fr. 56 et Archim. Aren. p. 325 cum voce tiutisca mâgo, mân.

ἄβα I, 43. V, 108. ἄναβος V, 87. VIII, 3, sed Ἥβας genet. XVII, 32 in dialecto dorica vulgo ἥβα legitur, ut in inscript. Theraea C. J. Gr. 2448 ἔφηβος et Gel. Castr. VIII, 3. ἄνηβος Byzant. 203, ἥβα apud Pindarum. ἄκρηβος apud Theocritum VIII, 95 et Ἥβας XVIII, 32 sine lectione varia in omnibus libris manuscriptis. Pottius lexic. rad. I[1] 113 ἥβη cum voce sanscrita juvan, latina juvenis, gotica

juggs comparat, ita ut sit forma quam dicunt, graeco-italica *jâvâ vel *jav-jâ.

ζαλόω I, 80. III, 48. 49. VI, 27 et Pind. ol. VII, 6 et in Hesychii glossa *δᾶλον* pro *ζῆλον* a Curtio pg. 352 cum stirpe arica jas et voce sanscrita jas-jâmi comparatur.

ἄμαρ X, 5. XI, 66. XIII, 10. XVII, 97. XXIII, 14 *ἀμέρα* XXIII, 25 legitur etiam in inscriptione Theraea, C. J. Gr. 2448 et Theogn. Oxx. II, 87, 30 cf. Savelsberg, in Kuhnii ephem. VII, 379, Kuhn ibid. IV, 42. Pictet, orig. indoeurop. II, 591. Inde derivantur:

μεσαμβ-ρινός I, 14. X, 48. *σάμερον* II, 146.

ἄσυχος I, 11. 99. VI, 12. XIV, 10. 27. *ἀσυχία* VII, 125; apud Sophocl. Oed. C. 198 *ἀσυχαία* a Benfeyo in glossario Graeco cum stirpe *ἡς* quae est in *ἧμαι* = sedeo comparatur. cf. Lobeckii prolegg. 339.

μᾶχος II, 94. sed *ἀμήχανος* I, 80. *ἀμηχανέοντος* XIV, 52. *πολυμήχανος* XIX, 13. *ἀμηχανέοντα* XX, 102; alias exhibetur *μᾱχάνᾱ* Acharn. 704. Pind. Soph. Aj. 181. *ἀ-μᾱχάνα* Eur. Med. 645. cf. latinum machina, sanscritum mah-as, goticum mah-ts.

μᾶτηρ II, 109. 145. III, 19. 44. IV, 9. VIII, 16, 91. IX, 13. 15 et saepius in omnibus Doridis fontibus legitur, eadem stirpe est qua sanscritum mâtâ, latinum mâter, slovenicum mati. Inde derivantur: *ἰσομάτωρ* VIII, 14 et *Δα-μάτηρ* VII, 32. X, 42.

μᾶλον II, 119. III, 13. 40. V, 88. VI, 7. VII, 116. 143. VIII, 2. 16. 81. XI, 10. *μαλίς* VIII, 81. *μελίμᾶλον* XI, 87. *Μαλίς* XIII, 42. *συνομᾶλίδος* XVIII, 22. *μαλοπάρανος* XXI, 1 legitur etiam in Theogn. Oxx. ann. I, 91, 3. Lysistr. 155. De cuius vocis etymologia vide G. Curtii elem. 133 (*μαλ-αχός*). Jac. Grimmii linguae germanicae historiam 33 (smal = parvus), Hugonis Weberi quaestiones etymologicas 82 (*μαλός*, *μαλλὸς* = splendens). Pottii stirpium indicem I, 1266 (*μα* = balare).

ἀώς II, 147. VII. 25. XI, 15. XII, 11. XVIII, 14. 56.

ποταῶον IV, 33 legitur praeterea apud Epicharmum, Tragicos, Pindarum, lesbiace *αὔως*. Eadem stirpe est *αὔ-ριον* sanscritum ush-âsâ, latinum aurôra (aus-ôsa), tiutiscum aus-tur, ôs-tar, lituanum ausz-ra cf. Curtii el.

πᾶχυς VII, 66, unde *παχυαῖος* apud Epicharm. fr. 119 cf. sanscritum bâh-us.

πάγ-νυμι XI, 13 a stirpe Graeca *παγ* in *ἐ-πάγ-ην* derivanda est et cum sanscrito pâc-as, pag-ras, zendico paç = ligare, latino pâc-iscor, gotico fâ-han comparanda.

ἀνιόδρυπτος XV, 27 cf. *ἀνίον* apud Pind., *χρυσάνιος* Tragg. *ἀνιοχίτων* in inscript laconica, C. J. Gr. 71; de etymologia vide Benfeyum II, 202 (a stirpe jam), Kuhnium in eph. II, 320 Schweigerum, ibid. III, 357.

κᾶπος XV, 113, praeterea in inscr. Anaph. 2477, Pindar. Theogn. Oxx. II, 68, 28; de etymologia vide J. Grimmii l. germ. hist. 401. Pottium I[1] 142, II[2] 280. Pictet II, 268 (*σκαπ*, campus).

κνάκων III, 5. VII, 16. *κνᾱκομυγές* Philox. Athen. XIV, 643[b] ab Augusto Fickio I, 41 cum sanscrito kânćana-aurum, kânnanî comparatur.

δαλέομαι IX, 36. XV, 48, sed *δηλήσασθαι* XX, 189, apparet in *φρενοδᾱλής* Aesch. Eum. 317, in *κεντροδάλητος* Suppl. 558 et a Fickio I, 95 cum sanscrito dâlayati, latino delere comparatur.

δύστανος XV, 31, 87, sed *δύστηνοι* XIV, 49, apparet praeterea apud Pindarum et Tragicos et a Fickio I, 212 cum sanscrito sthâna = locus, latino destina, destinare comparatur.

σακός XVI, 36, quod doricum esse Ahrensius concludit ex Hesychii glosssa *σάκωσε κατέκλεισε*. Fick I, 403 *σηκός* **σϝηκός* cum sanscrito sâka (svâka) tiutisco sweigo comparat.

Restant autem nonnulla verba, quorum *α* longum hucusque neque ex lingua Graeca ipsa neque ex linguis propinquis satis declarari potuit. Et primum quidem

dialectus dorica nomina substantiva in $\overline{\eta\xi}$, $\overline{\eta\kappa o\varsigma}$ in $\overline{\alpha\xi}$, $\overline{\alpha\kappa o\varsigma}$ exhibet de quorum formandorum ratione vide G. Curtii elem. 437, Leonis Meyeri gramm. comp. II, 409 seqq. Apud Theocritum leguntur: *ὄρπακος* VII, 195. *μύρμαξ* IX, 31 (bis) *ἵρᾶξ* IX, 22 (bis) *μύρμακος* XV, 45.

Deinde nomina substantiva in $\overline{\alpha\nu\alpha}$ ut *σελάνα* I, 79. 137. III, 4. V, 3. 47. VI, 3. VIII, 36. *Σελαναία* II, 164. *Μυτιλάνα* VII, 152. *σκανά* XV, 16. *Ἀθανᾶ* XXII, 1; sed *Ἀλκμήνη* XIII, 20. 34. 50. *Μεσσήνη* XX, 158. *Μεσσήνιος* XX, 208. — tum adverbia in $\overline{\alpha\varsigma}$, ut *ἀξαπίνας* II, 25. IX, 34. XIV. 32. XVI, 14; sed *ἔμπης* XX, 17, adverbia in $\overline{\alpha\nu}$ ut: *προάν* IV, 60. XV, 15. *πρωάν* VIII, 23. XIV, 25. *πλάν* V, 84. XIV, 83. *μάταν* XIV, 28. *μάν* IV, 20. 23. V, 17. 50. VII, 119. VIII, 21. XI, 57. XIV, 7. 20. — adverbia in $\overline{\delta\alpha\nu}$ ut *κρύβ-δαν* IV, 3; sed *συμπλήγ-δην* XIX, 66.

Tum singula verba ut *τάκω* I, 65. 68. 78. II, 18. 82. III, 38. 39. V, 12. VI, 27. XI, 111. XIV, 26. *σᾶμα* I, 110. V, 121. VII, 10. XVII, 73, sed *σῆμα* XX, 199, legitur praeterea E. Gud. 499, 28. Hesych. *περίσαμος*. Eurip. Hecub. fr. 1018. Hesych: *σαμαίνεται* et *σάμεα*; inde *σαμαίνω* XVII, 89, sed *σημαίνουσα* XX, 22. — *δᾶμος* IV, 22 (saepissime in Doride), sed *πάνδημος* ep. V, 1, *δαμόται* IV, 21. *Δαμοίτας* VI, 1. *δάμοτις* XXII, 22. *ἀποδαμεῖν* XIV, 58. — *κνάμα* VI, 13. *κακόκναμος* IV, 62. *τετράκναμος* apud Pindarum. *πλατίον* V, 28. X, 3 et Epich. 72. *ἀλίβατος* XXI, 10. Pindar. ol. VI, 64. Eurip. Suppl. 80. *κλᾶρος* XX, 130. Pind. *κλαρονόμος* in inscr. Theraea, C. J. G. 2448. *μαρύω* I, 28 et in cantilena populari Poll. X, 125.

Nonnulla vocabula ne in dialecto dorica quidem inveniri potuerunt: *τάκω* cf. supra *λᾱκέω* II, 24. *σμᾶνος* V, 46. VIII, 41. *λανός* VII, 25. XIV, 16. *ἀλέματος* XV, 4. *ἰάλεμος* XV, 98. *εὐμαρέω* XXI, 49.

b) *η* cum *η* vulgari concinit.

Dialectus dorica *η* exhibet, ubi ex *ε* exortum esse videtur; id quod saepe ex lingua Graeca ipsa decerni potest. Et primum quidem *η* exortum est in verbis in *εω* et quaecumque ex iis derivata sunt. Theocritus vero haec exempla praebet: a) formas verbales: *δοκησεῖς* I, 137. *καταδήσομαι* II, 3. 11. 158. *κινήσαι* II, 29. *ἔθηκεν* 35. *τήρησον* 96. *ἔνοησα* 102. *ἐφίλησα* 126. *ἐσόβησε* 136. *μυθήσατο* 153. *πεφιλημένε* III, 3. *φιλήσω* 22. *ἐκύρησε* 50. *πατησεῖς* V, 50. 55. *βωστρήσομες* 64. *δωρήσομαι* 99. *βοσκησεῖσθε* 103. *ἐφίλησε* 132. 135. *καλλιερῆσαι* 148. *ἠγνοιήσεν* VII, 14. *ἐφιλήθεν* 60. *αὐλησεῦντι* 70. *ἐπόησα* VIII, 18. *πλατάγησε* VIII, 90. IX, 22. *σιτήθην* IX, 26. *δαλήσατο* 36. *ἀγρυπνῆσαι* X, 10. *ἐμέτρησεν* 39. *ἀθρήσασα* 22. *εὑρησεῖς* 73. *ἐφίλησαν* XII, 15. *ἐνόησεν* XIII, 36. *ἐσόβησεν* XIII, 42. *δεδόνητο* 62. *ἐμόγησεν* 63. *ἠρώησεν* 73. *ἐπιθυμήσασα* XIV, 33. *ἀρίθμητοι* 48. *πεποίηται* XV, 46. *κεκροτημένοι* 49. *πατήσῃς* 52. *γεγενήμεθα* 56. *ἄθρησον* 78. *θαητός* 89. *τριφίλητος* 86. *ἐφίλησας* 110. *εὐθυμήσαις* 141. *φιλήσει* XVI, 13. *ἐμετρήσαντο* 35. *ὕμνησαν* 50. *κινήσουσιν* 141. *θαρσήσας* 107. *ἐκυρησαν* XVII, 6. *ἐφίλησαν* 39. 70. *κροτῆσαι* XVIII, 35. *μυθήσατο* XIX, 7. *ἐξειληθέντες* 17. *ἐνεδήσατο* 22. *πιθήσας* 51. *ἰάχησαν* 56. *κεκλήσεται* 84. *δεδονημένον* 70. *διαδηλήσασθαι* 85. *ἐρωήσας* 101. *κοσμῆσαι* 127. *ἀσκητά* 145. *κρατήσω* XX, 71. *ἐνόησε* 102. *ἀράβησαν* 126. *ὕμνησαι* 135. *ἐρωήσουσι* 174. *δηλήσασθαι* 189. *ὕμνησας* 219. *πεφοβημένος* XXI, 16. *μογήσαι* 28. *μεμελημέναι* 37. *ἀντιφιλησ'εῶ* XXII, 3. *γεγενημέναν* 8. *οἰκήσαις* 21. *ποίησαι* XXIII, 12. *ἐπόησε* 24.

b) Verba in *μι*, quorum stirps in *ε* est, ut *θε* in *τιθέ-ναι-τίθητι* III, 17. *ἔθηκεν* II, 35. *ἔθηκας* V, 13. *θησεύμεσθα* VIII, 13. *θησῶ* VIII, 14. 17. 20. *θῆκε* XVI, 45. XVII, 50. XXX, 4, 58; *ἑ* in *ἑέ-ναι* **ϝε-ναι*: *ὑφίητι* IV, 4. *προίητι* XI, 47. *ἀφῆκε* epig. 26, *σβε* in *σβέν-νυμι ἀπέσβης* IV, 39.

c) Voces a verbis in *εω* vel *ημι(ε)* derivatae: 1) suffixo *-μα* adhibito: *φίλημα* II, 123. XII, 31. *πλατάγημα* III, 28. *μέλημα* XIV, 2. *πένθημα* XXI, 16. *σχῆμα* IX, 35. a *σχε* in *ἐ-σχέ-θην*. 2) suffixo *-σις*, *οἴκησις* XV, 9; 3) suffixo *-της*, *τος*, *τρις*, *φιλητᾶν* VII, 40. *ἀήτᾱι* II, 33. XX, 9 ab *ᾱε* in *ἄημι* flo, *ἄπλητος* VII, 24 a *πελ* metathesi facta, *αὐλητρίς* II, 145 ab *αὐλέω*. 4) Adjectiva in *-ρο*, *ξηρός* I, 50. VIII, 43. XIX, 61. *σκληρός* IV, 40 a *σκελ* in *σκέλος* membrum metathesi *σκλε-* *ὀκνηρός* XVI, 10. XIX, 35 ab *ὀκνέω*; praeterea apud Pindarum et Epicharmum. *πονηρός* XIX, 68 epig. 8, 2 a *πονέω*. Non consentaneum videtur in *λυμηρός* XI, 6 a *λύμη* dorice *λύμα η* exhiberi; sed cum hucusque haec vox in optimis Doridis fontibus nondum investigari posset, neque unquam nisi aliis verae Doridis fontibus comparatis forma Theocritea eadem dorica nominetur liceat, *λυμαρός*, ut credores, pro *λυμηρός*, scribi non potest.

Tum *η* ut in dorica dialecto sic apud Theocritum apparet in augmentis quae dicuntur temporalibus, ubi ex *ε* natum est. Hi vero sunt loci Theocritei: *ἀνηρώτων* I, 77. *ἤθελε* 126. *ἐνήργει* IV, 61. *ἤρισεν* V, 23. *ἠρώτη* V, 74. *κατήλασα* 116. *ἤρων* VI, 29. *ἤρατο* XI, 8. 10. *ἠράσθην* 23. *ἤρατο* XII, 6. *κατήρπε* 46. *ἐξήταξα* XIV, 28. *ἤρατο* XIV, 7. *ἤθελε* 19. *ἤλασα* 135. *ἤθελον* XIX, 92. *ἤρατο* 122. *παρήλυθες* XX, 85. 183. *ἤνεγκεν* 121.

Deinde nomina ex vocibus, quae in lingua Graeca adhuc vigent, facta *η* praebent, ubi in voce primitiva *ε* est, ut *ἄγηρος* XII, 17. eadem stirpe qua *γέρων*. *γηραλέος* XIV, 67. XXIII, 27. *ἐτήτυμος* XII, 37 reduplicatione ex *ἔτυμος* natum est; *ἱππήλατος* a stirpe *ἐλα* = pellere derivatur; *κατηρεφής* VII, 9 ab *ἐρεφος* = tectum. *ἀγενέιος* XIII, 58 modum in homericum productum. Suffixo *-ηλο-* adhibito formata sunt *ὑψ-ηλος* XVI, 94. XX, 40 quod praeterea legitur in inscript. Rhod. C. J. Gr. 2525[b] et apud Pindarum, et *ἔκηλος* XVII, 97. De suffixo *ηλο* cf. Leonis Meyeri gr. comp. II, 579.

Tum in terminationibus indicativi aoristi passivi in *ην* semper *η* apparet, cuius origo *ε* est (a stirpe *é* in *ἑέναι* cf. Schleich. Copd.[2] 826). Hi sunt loci Theocritei: *ἐπάγην* II, 109. *ἐτύπην* IV, 53. *ἐμάνη* II, 81. III, 41. *ἐχάρη* IV, 90. Neque minus *η* est in aoristo passivo in *θην*, cuius origo idem *ε*, *θ* autem reliquiae stirpis *θε*, sanscrite dha esse videntur vid. Schleich. Cpd.[2] 827. *ἠράσθην* VIII, 83. *ἐκρίθην* VIII, 77. *σιτήθην* IX, 25. *κατεκλάσθης* VII, 83. *ἐλογίχθης* I, 92. *ἐκράχθη* II, 142. *ἄφθη* II, 125. *ἐξαιρέθη* XIV, 17. *ἐξετελέσθη* XVII, 132. *ἐκλίνθημες* VII, 132.

Deinde *η* constanter legitur in optativis in *ιη*, cuius origo indogermanica jâ est; lingua sanscrita quidem â illud longum reservavit, ut sjâm, sjâs a stirpe as; linguae autem Graeca et Latina â in *η* et ê mutaverunt, ita ut ne dialectus dorica quidem ab hac ratione differat. Cuius generis optativos Theocritus hos praebet: *παρείη* VII, 107. *εἴην* (sanscrite (a)sjâm, latine siêm *esiêm, recentius sîm) *φαίης* I, 42. *δι-δοίη* VIII, 23. *θείην* VIII, 20. *συμβαίη* X, 11. *ἀποβαίη* XIII, 5. *δοίη* XVII, 51, cuius respondet latinum det ex *da-i-et contractum, *τοφ-ε-ίη-ς* V, 43. Neque minus conjunctivus Graecus locis certis semper *η* praebet, cuius origo indogermanica a-a est vid. Schleich. Cpd.[2] 707 seqq. ut *ἀρέσκῃ* I, 10. *φράσδῃ* 95. *ἔχῃ* XI, 20. *παρέχῃς* XXII, 23. *θέλῃς* XXIII, 7. *λυπῇ* II, 159. *ἕλῃ* I, 4. *λάβῃ* 5. *ἀπείπῃς* V, 22.

Deinde *η* semper apparet in nominativo nominum substantivum, quae formata sunt a) suffixo *τερ*, latine ter, ad stirpem adhibito, ut *πατήρ* VIII, 15. *μάτηρ*, *κρατήρ* V, 33. *ἀστήρ* XIII, 46. *ἰητήρ* epig. 2, 2. Cf. Schleich. Cpd.[2] 442. Leo. Meyer. gr. comp. II, 335. b) Suffixo *ερ*, ut *ανήρ* V, 104, cf. Leo. Meyer. II, 130. c) suffixo *εν*, ut *ποιμήν* VIII, 9, cf. Schleich. Cpd.[2] 421. Leo. Meyer. II, 130. d) Suffixo *ες*, cf. Schleich. Cpd.[2] 469. Leo. Meyer. II, 106 ut *ἀπεχθής* I, 94. *ἀλαθ-ής* II, 153. *ἐνώδης* IV, 25. *ὑγιής* XIV, 59.

Sunt denique singula verba, quorum *η* in dialecto

dorica et Theocritea apparens et ex lingua Graeca et ex linguis propinquis declarari possit. Cuius generis sunt:

κηρός I, 26. 114. II, 38. VIII, 19. 22, a Curtio in elem. 142 cum latino cêra cera comparatur. Inde derivatur *κηρίον* V, 59. 127. VII, 84.

θήρ XIX, 55 cum latino fer-us, fer-ox comparatur; unde: *θηρίον* II, 67, VI, 107. XIX, 81 et *ἀκριδοθήρα* I, 51, quae praeterea apud Pindarum leguntur.

λήγω I, 112. 118. 124. XVII, 1, in inscript. Rhod. C. J. Gr. 1905 et apud Pindarum, a Curtio 173 ex stirpe *λαγ* derivatur, quae est in *λαγ-αρός* et *λαγ-νός*.

πλήρης I, 133 eadem stirpe *πλα* quae est etiam in *πλή-θω* neque alienum a latino ple-re, ple-bos, gotico full-s, sanscrito prâ-nas.

δῆλος X, 13. XI, 76 et apud Epich. 100, in inscr. Ther. 2448 a stirpe div splendere emanare videtur **δέελος*, unde latinum deus, dies. Eiusdem stirpis sunt *δηλαιόν* XVI, 54 et *ἀριζηλος* XVII, 57.

ἀηδών V, 136. VII, 37. XII, 5. *ἀηδονιδῆες* XV, 125 stirpis aricae vad, e qua etiam *ἀείδω*, *ἀοιδή*, sanscritum vâdas sermo, tiutiscum far-wâzu emanant.

θρηνέω VII, 73 — *θρῆνος* apud Pindarum — Curtius 242 a stirpe *θρε* in *θρέομαι* derivat atque cum sanscrito dhran-âmi comparat.

ἥρως XIII, 25. 70. XIV, 80. XIX, 30. 106. XX, 78; — praeterea Theogn. Oxx. III, 71. 15. H. Adon. f. 207 a inscr. Amph. 1688. Pindar. — Curtius pg. 538 cum sanscr. viras, latino vir, gotico vaíra conspirare putat.

ψήχω XIII, 51 a *ψάω*, ut *σμήχω* a *σμάω* et *τμήγω* a *τμα* in *τέτμαμαι;* quod a longum pro *η* praebiturum esse crederes; id quod decerni non potest, quod hucusque *ψήχω* in optimis Doridis fontibus nondum inventum est.

ἧπαρ XIII, 68 cum sanscrito jakrt, latino jecur comparatur.

Ἥρα IV, 11. XIV, 34. XIX, 13. — Pindar — *Ἡρακλῆς* II, 120. IV, 8. VII, 150. XIII, 34. 60. XVII, 20. 26. 27. XIX, 1. 10. *Ἥρα* a Welkero I, 368 non bene cum *ἔρα* terra componitur.

γαλα-θηνός XVIII, 42. XIX, 31 a stirpe *θῆ-σθαι* derivandum est, e qua nec-non *θη-λύς* — Epich. 96. Pind. — ortum est. Propinquum est latinum fe-mina.

στήλη XX, 207 a stirpe *στελ-σταλ* in *στέλλω*, *ἐ-στάλ-ην* exortum esse videtur.

δηρίζομαι XX, 70. Franc. Bopp in gram. comp. III², 280 ad radicem *δερ*, in *δείρω* adponit.

κήδομαι epig. 5, 5 a stirpe *καδ* quae est in *κε-καδ-νῖα* derivandum videtur.

ἀπήνης XX, 169, apud Pinth. III, 52. *ἀπανής* legitur; sanscrite respondet ânas, gotice anst-s; *ἀπήνης* igitur est = ore averso, *προσήνης* ore adverso.

στῆθος VII, 17. XV, 134 et apud Pindarum — Hesych. *στήνιον*; cf. Aug. Fick I, 210: sthana, scrt.

τηλέφιλον III, 3. *τηλόθεν* VII, 139. *τηλόθε* XIX, 116, apud Pindarum quoque legitur — Aug. Fick, III, 36 affert lituanum tolas, letticum tâlsch, borussicum tâl.

κρηπίς XV, 6 et apud Pind. Aug. Fick III, 349 cum latino carpi-sculum componit; latina vox crepidae ex lingua Graeca adsumpta esse videtur.

ἀκήλητος XX, 169 a *κηλέω*, quod Aug. Fick III, 359 cum latino celare, gotico holon comparat.

μήν XV, 45. 103. XVI, 51. XVII, 58. *ἔμμηνος* XVI, 35, et inscr. Rhod. 2525ᵇ. Cret. 2556, eadem stirpe est qua latinum mensis.

ἤπιος XVII, 51 non distare videtur a latino aptus, sanscrito âpis, âpyam, amicitia, de qua voce Aufrecht in Kuhnii ephemerid. V, 59 et Ant. Goebel ed. X, 399 disseruerunt.

Postremo restant nonnulla vocabula, quorum *η* neque ex origine Graeca neque indogermanica exponi potuit.

Quorum altera pars in dialecto quoque dorica η scribitur, ut δήλομαι, V, 27 verbum doricum pro vulgari βούλεσθαι, quod legitur in tabul. Heracl. I, 98 inscr. Calymn. 2671, 46. Plut. Moral. p. 219. Archyt. Stob. floril. I, 70, in Hippodami ibid. XLIII, 94, in Critonis ecl. II, 8. 24, Timaeo Locr. p. 44 D., saepius apud Hesych. schol. Theocr. ad V, 27 dicit: δήλεται δωρικῶς ἀντὶ τοῦ βούλεται.

τηρέω II, 96 et apud Pind. ἀνήσσατος VI, 45. ἥσσων apud Sophr. 76. Νηρηίς VII, 59. Νηρεύς apud Pindarum. πετεηνός XII, 6 et Epiph. 103. Θῆβαι XVI, 105. Πηλεύς XVII, 56 utrumque apud Pindarum.

Altera vero pars apud Theocritum solum legitur: πήρα I, 48. 52. XV, 59. τοσσῆνος I, 53. III, 50. Πρίηπος I, 77. ἠρίον I, 110. II, 13. XVI, 75. ἠίθεος I, 124. XII, 121. ἄνδηρον XV, 93. ἠλαίνω VII, 23. ἀνήτινον VII, 62. Ἠδωνεύς VII, 110. ἄνηθον XV, 119. Εὐηρείδας XIX, 71. Ἄδρηστος XIX, 31. Λήδα XX, 1. ἀταρτηρός XX, 28. ἀρήγων XX, 127. Ἀφαρήϊος XX, 207. Ἠετών ep. 2, 5. χηλός XVI, 110. ἦδος XVI, 40. σπήλυγξ XVI, 53. πηῶν XVI, 25. Κήϊος XVI, 44. ἠών XV, 60. μηρίον XVII, 127.

c) α pro ω.

Theocritus α longum pro ω vulgari praebet in πρᾶτος VIII, 5. 30. 32. 94. IX, 1. XIII, 3. XV, 85. XVIII, 4. 46. 57. XIX, 34. XXIII, 18. VI, 5. X, 29. XXI, 12. πρῶτος vulgare autem XII, 30. XVII, 3. 59. XX, 25. Praeterea πρᾶτος legitur in titulis Heracleensibus, Theraeis, Corcyr. Rhod. Messembr, quos ex optimorum Doridis fontium numero esse constat; vid. Ahr. d. d. 181. Quamquam non negandum est, stirpem pra originem huius vocis indogermanicam esse, quae in omnibus fere eius frontibus invenitur. Praebet enim lingua sanscrita pra-thamas, pri-mus, prâ-tar mane, Zendica fra-frâ-ante, Graeca πρό, πρότερος, πρό-μος, πρό-σω,

πρύ-τανις (ex dialecto boeotica), πρωάν, πρῶτος, Latina prôd, pro, prorro ex pro-ro, primus, prae, Gotica fruma, frumists, tiutisca fruo, fur-ino, fur-ists. Ex quo perspicuum est, linguas Asiaticas solas a genuinum servasse, Europaicas autem vel in o, vel in i, vel in u mutare. Dubium igitur videtur, quod Ahr. d. d. 181 dicit: „Mirari possis, unde a in ea voce quae e πρότατος facta videatur. At antiquissimo tempore πρά, πράτερος, πράτατος pronuntiata sunt, unde πρᾶτος recte factum nec tamen male ab Jonibus mutatum est in πρῶτος, quod cum recentioribus πρό et πρότερος melius concinit.“

πράν II, 115. III, 28. 31. V, 81. 132. VI, 35. 41. VII, 51. X, 16. προάν VIII, 23. X, 15. Praeterea quod Ahrensius in Callimachi fragmento 84 Bentl. πρᾶν pro πρῶν scribi vult, πράν pro πρωάν vel προάν nusquam legitur. Neque vero Ahrensii d. d. 181 ratio πρᾶν explicandi recta esse videtur; dicit enim: „utrumque e πρώην πρώαν mira contractionis ratione factum videtur.“ Quamquam mira et inaudita contrahendi ωα in α ratio est ac ab linguae Graecae ingenio alienissima. Nusquam enim in universa Graecitate exemplar reperitur, ubi ex duabus vocalibus contrahendis longis altera priorem nescio quo modo devoret. Maxime igitur suspecta lectio πρᾶν pro προάν videtur atque alio modo rei medendum est.

d) ω pro ου.

Dorienses nonnumquam $\overline{ου}$ vulgaris loco ω dicere ne grammaticos veteres quidem fugit, cuius rei testimonium est in ann. Oxx. I, 147. εἰώθασι γὰρ οἱ Λάκωνες τὴν $\overline{ου}$ διφθογγον τρέπειν εἰς $\overline{ω}$. Antiquos vero Doridem neque severiorem neque mitiorem distinxisse Ahrens. d. d. 154 optime disputavit remque ita instituit, ut Doris severior sola velut ω pro ου, sic etiam η pro ει praebeat. Apud

Theocritum autem res ita se habet, ut poëta non constanter rationem severiorem sequatur, sed formis et severioribus et mitioribus et vulgaribus utatur.

Hoc *ω* pro *ου* primum quidem apparet in accusativo pluralis stirpium in *ο*, de cuius formae origine infra verbis pluribus disputabitur. *ἐρίφως* I, 25. *τώς* 37. 92. 117. *ὄρχως* 47. *ὀφθαλμώς* 83. *δρυμώς* 105. *ταύρως* 117. *τὼς θύννως* III, 25. *τώς* IV, 11. *κώνως* V, 49. *γαυλώς* 58. *χιμάρρως* 81. *ταλάρως* 86. *τώς* 111. 114. *ὤμως* VII, 107. *ταλάρως* VIII, 70. *μόσχως ταύρως* IX, 3. *στεφάνως* X, 30. *τώς αὐλώς* 30. 35. *τὼς κροτάφως* XI, 9. *μόσχως* XI, 21. *νεβρώς* 40. *μανοφόρως σκύμνως* 40. *τὼς ἀμφοτέρως ταλάρως* 70. *νεοσσώς* XIV, 14. *πέπλως* 35. *ἑπταδράχμως* XV, 19. *πόκως* 20. *χρησμώς* 60. *Γολγώς* 100. *στεφάνως* XVIII, 40. *θιάσως* XXI, 2. *τώς* (bis) 6. *πέπλως* 17.

ους autem legitur his locis: *ἀλλήλους* XII, 15. *ἀθανάτους* XVI, 2. *βροτούς* 4. *ἀοιδούς* 19. *πολλούς* 25. *ἱερούς* 29. *σακούς* 36. *μακρούς* 43. *ὀνομαστούς* 45. *ἀνθρώπους* 52. *ἐμαυτούς* 71. *ἐχθρούς* 85. *ἀριθμητούς* 87. *ἀγρούς* 10. *ἐνδιούς* 95. *πολλούς* 101. *μαλακούς* XVII, 51. *ἱερούς* 112. *ναούς* 123. *αὐτούς* 124. *ἀρωγούς* 125. *οὕς* 132. *στιβαρούς* XIX, 49. *ἀνθρώπους* 70. *μοχθούς* 83. *ἀλλάλους* 112. *ἵππους* 119. *Λακεδαιμονίους* XX, 5. *ἀδελφεούς τοίχους* 12. *ἀμφοτέρους* 13. 26. *οὔστε* 49. *χιμάρρους* 50. *τούς* 55. *ἀδίκους* 56. *ἐμούς* 68. *πλατανίστους* 76. *μακρούς* 81. *ἀλλήλους* 108. *ἀλόχους* 155. *ἑτάρους* 178. *βωμούς* XXI, 5. *ὅσσους ἀέθλους* epigr. VI, 5.

Non minus quam accusativum pluralis in *ως* pro *ους* dialectus dorica severior genetivum singularis in *ω* pro *ου* format. Neque vero Theocritum hanc rationem semper sequi, sed et vulgarem in *ου* et antiquiorem in *εω* usurpare et quae forma harum genuina statuenda sit, infra disputabitur, ubi de declinationis genere Theocriteo dicetur. Ex re esse videtur hoc loco omnes formas in *ω* et *ου* enumerare:

τῶ I, 56. *Πηνεῶ* 66. *Πίνδω* 66. *Ἀνάπω* 67. *ἀργαλέω* 91. *Λυκαίω* 108. *κηρῶ* 114. *Αἰγίλω* 134. *εὐπλοκάμω* II, 46. *τήνω* 60. 64. *τῶ μετώπω* 65. *Λιπαραίω* 132. *Ἀσσυρίω* 161. *ὦ* III, 14. *ὁμαλῶ* 29. *μαλακῶ* IV, 18. *τῶ* 21. *Φύσκω* 23. *Πύρρω* 31. *τῶ σκληρῶ* 40. *τῶ* 50. *ψυχρῶ* V, 57. *ὕπνω* 51. *ἐλαίω* 54. *τήνω* 43. 63. *σαυτῶ* 61. *τῶ Θουρίω* 73. *τύρω* 83. *ἀρκεύθω* 97. *κοτίω* 100. *νάσω* VI, 33. *τῶ αὐτῶ* VII, 5. *ἀγριελαίω* 18. *ὄλβω* 33. *Σάμω* 40. *αὐτῶ* 56. *ἄρκτω* 111. *Φρασιδάμω* 130. *Φόλω* 118. *σωρῶ* 154. *ὦ* VIII, 27. *τῶ ἄντρω* 75. *μελπομένω* 85. *τούτω* 94. *τῶ* IX, 12. *στρόμβω* 25. *μέσω* X, 5. *ἀτεράμνω* 7. *ἀρχομένω* 6. *χορίω* 11. *πίθω* 13. *σπόρω* 14. *τῶ* 40. *τῶ θείω* 41. *ἐγειρομένω κορυδαλλῶ* 50. *τῶ βατράχω* 52. *μόσχω* XI, 19. *τήνω* 27. *ἄκρω* 375. *σποδῶ* 49. *ὀπτῶ ἀλεύρω* XIV, 17. *λαίω* 16. *ὥτινος* 19. *τῶ* 24. *τούτω* 26. *κόλπω* 33. *ὦ* 36. *τήνω* 38. *ἀμφιθύρω* 42. *λόγω* 48. *ὑποχάλκω* 53. *ἀλεμάτω* XV, 4. *πολλῶ ὄχλω* 5. *μικκῶ* 12. *ἀργυρίω* 18. *ὀλβίω* 24. *τῶ ἀφνεῖω Πτολεμαίω* 22. *πόσσω ἰστῶ* 35. *ἀργυρίω καθαρῶ* 36. *ὦ* 47. *τῶ* 52. *χρηστῶ* 70. *κλισμῶ* 85. *ἀενάω* 102. *Συρίω μύρω* 104. *πλαθάνω* 115. *γλυκερῶ* 117. *Λευκῶ* 123. *νόσω* 125. *Πελασγῶ* 141. *τῶ* XVII, 28. 38. *ἐϋγράπτω* XVIII, 3. *θαλάμω* 3. *ταλάρω* 32. *σποδῶ* XIX, 88. *ἀσπαλάθω Παλιούρω* 89. *βάτω* 70. *τροχῶ* 120. *ἀπεχθομένω* XXI. *λέκτρω* 29. *αἰγιόχω* 31. *πολυμόχθω* XXI, 8. *ἀλόχω* 9. *εὐσφύρω* 13. *ἀέργω* 15. *νάσω* 18. *τῶ φιλαοίδω ξείνω* 23. *τῶδε* XXIII, 14. *ἑτέρω* 16. *σιδαρίω* 24. *ἀπάλω* 25. *χαλεπῶ πόθω* 40.

μόσχου XII, 6. *αὐτοῦ* XIII, 13. *τετραμμένου* 23. *οὐρανοῦ* 47. *νεβροῦ* 59. *χηλοῦ* XVI, 10. *ἄλλου* 20. *ψυχροῦ* 31. *πλούτου ἀοιδοῦ* 33. *ἔργου* XVII, 10. *λευκοσφύρου* 36. *ἀστόργου* 43. *Διονύσου* 112. *Ὀλύμπου* 132. *θύμου* 131. *Πτερελάου* XIX, 4. *οἴκου* 26. *κοίλου* 24. *δεσμοῦ ἀναγκαίου* 33. *νεοκλώστου* 44. *ἑκάστου* 63. *οὗ* 81. *Ἀργείου* 104. *αἰγιόχου* XX, 1. *ξυροῦ* 6. *οὐρανοῦ* 8. 14. *ἑκάστου* 11. *βυθοῦ* 17. 40. *πρώτου* 25. *Πόντου* 28. *τοῦδε* 62. *κόχλου* 77. *τοῦ* 88. *προσώπου* 111. *μεγάλου* 112. *ἁπτομένου* 114. *πόνου* 114. *θανάτου* 130.

ἀποφθιμένου 141. οἴκου 177. τοῦ 196. Ἀφαρητίου 207. τύμβου 208. ἀλιβάτου XXI, 10. Βάκχου 13. τερμίνθου epig. I, 6. τοῦ II, 2. Κέδρου 4. τοῦ καμύρου VI, 1. ἀλαθινοῦ VIII, 1.

Tum apud Theocritum vocabula nonnulla leguntur, ubi ω pro ου vulgari apparet:

βῶς legitur VIII, 77 et IX, 7 nominativus singularis, βῶς VIII, 48 accusativus pluralis; vocabula autem composita indeque derivata quaecumque apud poetam Syracusanum exhibentur a ratione vulgari non differunt, ut βοῦκος X, 39. βουκαῖος X, 1. 57. βουκολέω VII, 91. VIII, 1. βουκολιάζω V, 44. 60. VII, 36. IX, 1. 5. βουκολιαστάς V, 68. βουκολικός I, 19. 63. 69. 72. 75. 81. 84. 92. 97. 102. 107. 112. 118. 124. 129. VII, 49. IX, 28. βουκόλιον VIII, 38. βουκόλος I, 98. 104. IV, 5. 13. 37. V, 62. VI, 1. VIII, 82. IX, 8. βούτας I, 76. 101. VI, 43. VII, 73. βουτόμος XIII, 32. Neque vero aliae formae Theocriteae a vulgaribus distant, ut βουσί IX, 3. XVI, 55. XVII, 101. XX, 150. — Testimonia ex aliis Doridis fontibus affert Ahrensius d. d. 165 seqq.

κῶρος I, 46. XV, 120. κώρα I, 78. VI, 36; κῶρος doricum vocatur ab Eustat. 1539, 49. κώρα legitur in inscr. Cret. C. J. G. 2567 κωραλίσκος τὸ μειράκιον Κρῆτες Phot. Κωρῆτες in inscr. Cret. 2554, 130. 185. Inde κωροσύνα XIX, 58. — At κοῦρος XII, 1. 31. XIII, 43. 50. XVII, 66. κούρα(η) XVI, 1. 70. 83. XX, 5. 179. κουροτρόφος XIX, 58. — Tandem κόρα XIII, 75. X, 22. XI, 25. 28. 74. XVIII, 38. XX, 138. 159. κόριον XI, 57. κόρα legitur praeterea Lysistr. 1308, in titulis Hermionensibus, C. J. Gr. 1197. 1199. 2000 et in dialecto lesbo-aeolica apud Alcaeum 57 et Sapphonem 43. — Voces κοῦρος, κῶρος, κώρα, κούρα, κόρα ab eadem stirpe qua κείρω, κουρεύς, κουρά derivandas esse G. Curt. el. 142 putat atque de his in stud. gramm. I, 120 uberius disputavit. August. Fick autem I, 34 κοῦρος cum sanscrito kara, karâ quod ex stirpo kar, colere

exortum videtur, comparat atque *κοῦρος* et **κϝορος* natum esse putat.

ὠρανός V, 44. *οὐρανός* II, 146. XIII, 47. XVI, 71. XIX, 79. XX, 8. 14. *οὐρανίωνος* XIX, 58. *οὐρανίδας* XVII, 22. *ὠρανός* doricum vocatur a Gregorio Cor. 246, Meerm. 659; *ὠρανίαφι* apud Alcmanem fr. 42, 5. Lesbiacum et *ὤρανος* et *ὅρανος* est. G. Curtius 326 et Fick I, 162 *οὐρανός* cum sanscrito Varunas comparant, ita ut ex **ϝορανός* **ὀυρανός* *ὠρανός* dorice, *οὐρανός* vulgariter *ὅρανος* lesbiace, digammate amisso factum sit. Vid. Curt. elem. 532.

ὦρος I, 77. III, 45. IV, 35. VII, 110. 151. *οὖρος* XIII, 59. 64. *ὅρος* III, 2. IV, 56. VII, 73. XXI, 2. Ahrensius d. d. 162 veretur, ne formae ut *ὤρεος, ὤρεα* non sint ex ipsa Doride petitae, sed secundum analogiam fictae. Neque quidem negandum est, formam *ὦρος* hucusque in dialecto dorica nondum investigatam esse, sed hic non ea res agitur, utrum *ὦρος* in doride legatur necne, sed utrum *ὦρος* ab ingenio linguae Graecae abhorreat an ex disciplina grammatica *ὦρος* explicari possit. *ὤρεος* legitur autem apud Alcaeum fr. 74, *οὔρεσι* ap. Sapph. 44, 7. *οὖρος* deinde forma ionica et epica dicitur Curt. elem. 325 *ὅρος* vulgare cum sanscrito giris, zend. gairi, slovenico gora comparat et stirpem jvar esse putat; ex quo ortum est **γϝορ, ϝορ* (vestigium digammatis in *Βορρᾶς* relinqui verisimile est). Forma *ϝορ* quamdicunt panhellenica conicienda est et velut ex *ϝοραίος ὠραίος, οὐρανός ὅρανος*, ita ex **ϝὅρ-ος* **ὅορος* interposeto *ὦρος* dorico, *οὖρος* ionice, *ὅρος* vulgariter, digammate amisso factum esse videtur. Plura de g, *γϝ*, *ϝ* apud G. Curt. el. 439.

δῶλος V, 5 et *δώλα* II, 94 et Callim. Cer. 96. *δωλέννετος* et *δωλοδομεῖς* apud Hesychium; de etymologia nihil certi constat vid. Curt. el. 220.

ὦν V. 21. 69. 71. VIII, 5. 11. 29. 64. XIV, 29. *οὖν* bis XX, 73. 80. *γῶν* XI, 7 cf. Ahr. d. d. 167.

Μῶσα X, 24. *μοῦσα* XVI, 3. 29. XVII, 115. XX, 221 epig. 10. 4. *μουσικός* X, 24 epig. 10, 3. *μουσίζω* VIII, 37. XI, 78. *Μοῖσα* forma aeolica I, 9. 19. 63. 69. 72. 75. 81. 84. 87. 92. 97. 102. 107. 112. 118. 124. 129. 131. V, 80. VII, 12. 37. 47. 81. 94. 128. IX, 28. 32. 35. XI, 6. XII, 58. 69. 107. XVII, 1. De testimoniis doricis cf. Ahrens. d. d. 156. G. Curt. elem. 292 formam genuinam proponit **Μόντϳα* **Μόνσα*, *Μῶσα*, *Μοῖσα*, *Μοῦσα*.

Ut igitur lingua Graeca ex forma genuina tertiae pluralis activi persona *-o-ντι* magis magisque *-ουσι*, ex *-ονς* *ους* fecit, sic ex *οντϳα* fominini praesentis participia *-ουσα* exorta sunt. Quam rationem Theocritus perraro usurpavit — factum enim est *φιλεούσης* XVI, 102. XVII, 42. *ἀριστεύουσα* 45. *κρείουσα* 132. *φέρουσα* XIX, 94. *ἔχουσα* XX, 168. *ἐξανέχουσαν* 207. *ἐφερπούσης* 15. *σημαίνουσα* 22. *προφυγοῦσα συνιούσας* 27. *φέρουσαι* XXI, 23 — sed longe saepissime ratione aeolica usus est. Dialectus vero dorica severior ex *οντϳα* genuino *-ωσα* fecit in titul. Heracl. C. J. Gr. 3776 v. 16. *ἄγωσαν* 64. *ἀγώσας* 132. *ῥεώσας*; mitiore vero qui utuntur, a ratione vulgari *-ουσα* non differunt ut Epicharm. fr. 63 *νεούσας* 69. *ἔχουσα* 82, 4. *καλέουσα* Sophron. fr. 50 *δοῦσα*, in Chelidonismo (Ahr. d. d. 478) v. 2 *ἄγουσα*, in titulo Syracus., 5409, *πρέπουσα* in titulo Agrigentino 5491 *προεδρευούσας*. Formae participii in *οισα* aeolicae exempla leguntur in Alcaei fragm. 34 *παθοίσας* 48. *Μοίσας* et Sapphonis fragm. 9, 6 *ἀΐοισα* 1, 6. *λίποισα* 7. *ἐθέλοισαν* 24. *πλήθοισα* 3, 3. *λίποισαι* 31. *ἀμέργοισαν* 36. *ἔχοισα* 117.

Quam formam praeter exempla jam supra allata Theocritus ubique adsumpsit: *ἔχοισα* I, 25. *κεύθοισα* 49. *ἰοῖσα* 100. *Ἀρέθοισα* 105. *ἔρδοισα* II, 15. *τίλλοισα* 54. *λαβοῖσα* 59. *ἐπιφθύζοισα* 61. *ἰοῖσα* 63. *ναίουσα* 70. *μολοῖσα* 95. *λιποῖσαν* 136. *φέροισα* 147. *μαθοῖσα* 161. *χαίροισα* 162. *παρκύπτοισα* III, 7. *θανοίσας* IV, 38. *ἐχοίσας* V, 59. *καθελοῖσα* 133. *θέοισαν* VI, 12. *ἀΐοισα* 26. *παπταίνοισα* 28. *ἔχοισα* 30. *πταίοισα* VII. *ἰοῖσαι* 79. *ἐπιφθύζοισα* 126.

ἔχοισα 147. ἔχοισαν VIII, 19. ἰδοῖσα 75. τρωγοίσας IX, 11. ὀρθρευοίσᾳ X, 59. ἰοῖσα XI, 21. ϑέλοισα 24. ἔχοισαν 55. ἐξενιϑοῖσα 60. παρεοῖσαν 72. ἔχοισα XIII, 50. ἰοῖσα 65. XIV, 37. δοῖσα XIV, 39. ἰδοῖσα XV, 25. λαβοῖσα 42. κωτίλλοισαι 87. πλατειάσδοισαι 88. παίζοισα 101. τωϑάζοισα XVI, 9. βαλοῖσα 11. φιλέοισαι 105. ἔχοισα XVII, 36. εὐμενέοισα 62. ἰδοῖσα 64. σπέργοισα 134. ἔχοισαι XVIII, 2. ἀντέλλοισα 26. ἀείδοισα 36. ποϑέοισαι 43. ἔχοισα XIX, 51. ἀείδοισαι 77. ἐοῖσαι XXI, 2. ἑλοῖσαι 7. ἰδοῖσα 12. ἐπιοῖσα 14. ἑλοῖσα 20. φορέοισα XXII, 11. ἔχοισα 19.

e) η pro ει.

Rationem η pro ει utendi doricam Theocritus non saepe secutus est; in editionibus anteahrensianis formae verbi εἶναι ut ἦμος, ἦμεν, quas lingua vulgaris et Doris mitior in ε͞ι exhibet, scriptae erant; quas Ahrensius omnes praeter unam, ἦμες XIV, 29 pro εἰμές e textu amovit. η pro ει legitur in editione Ahrensiana: χαίρην XV, 26 in χαίρειν. ἕρπην XV, 26. εὑρῆν XI, 4 in ἕρπειν et εὑρεῖν mutavit, sed εἰκῆν XIX, 72 et κανῆν 92 reliquit.

Praeterea κῆνο pro κεῖνο in id. XXIII exhibetur.

f) De correptione syllabarum finalium in ς et ν.

1) ας accusativum stirpium in α a Doriensibus corripi, grammatici antiqui docuerunt [1]); Ahrens. d. d. 172 ex Alcmane, Epicharmo, Stesichoro aliisque eius modi exempla affert. Apud Theocritum res ita se habet, ut ας correptum legatur quater decies πάσᾰς I, 79. IV, 3. V, 46. ὄχνᾰς

[1]) Herod. Oxx. III, 296, 7. Drac. 10, 17. Joh. Gr. 243b. Gregor. Cor. 339. Meerm. 633. Schol. Il. ε, 371. ϑ, 378. Eustat. 558, 22 Schol. ad Th. 60, 267. Schol. Theocr. 378.

I, 134. *αὐτάς* III, 2. IV, 2. V, 42. *τάς* III, 5. V, 65. *καλάς* VII, 87. X, 38. *τρωγοίσας* IX, 11. *καινάς* X, 35. *θύρας* XV, 65. *ας* non correptum II, 6. *οὐδὲ θύρας ἄραξεν ἀνάρσιος* V, 89. *τὰς αἶγας παρελᾶντα* VII, 104. *ἄκλητον κείνοιο φίλας ἐσχείρας ἐρείσαις.*

2) Nec minus accusativus pluralis stirpium in *o* ex *ως* in *-ος* corriptur, cuius rei testimonia cum autores dorici tum inprimis tituli Cretenses, Heracleenses alii (cf. Ahr. d. d. 172) frequentissime suppeditant. Loci Theocritei correpti sunt in *παρθένος* I, 89. *λύκος* IV, 11. *διδυματόκος* V, 84. *λύκος* 106. *δασυκέρκος* 112. *κανθάρος* 114. *παρθένος* XIV, 33.

3) Stirpes in *αντ*, quarum nominativus in *ᾶς* est, Theocritus perraro corripit; hucusque unicum *τάλᾰς* II, 4 investigari potuit; plura affert ex doride Ahr. d. d. 173. 174.

4) De *ἁμές* et *ὑμές* doricis pro *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* vide infra, ubi de pronominibus dicetur.

5) Secunda persona praesentis indicativi *εις* in *ες* correpta a grammaticis saepe memoratur ut a Choerobosco (Bekk. 1282) *Δωριεῖς ἐσθ' ὅτε τὸ ι ἀποβάλλουσιν ἐκ τῆς ει διφθόγγου οἷον συρίζεις συρίσδες.* Schol. Theocr. I, 3. Anm. Bekk. IV, 171, 18. 412, 4. Eusthat. 1872, 46 *Θηραῖοι ὧς τῆς γλώσσης τὸ ἴδιον τὸ λέγεις καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα ῥήματα δίχα τοῦ ἰῶτα προφέρειν λέγες γὰρ φασι καὶ λέγε ἀκολούθως δὲ καὶ τύπτες τύπτε καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως καὶ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι δωρίζειν.* Theocritus vero bis *ε* pro *εις* suppeditat *συρίσδες* I, 3 et *ἀείδες* I, 19; *ἀμέλγες* autem Ahrensius optimos libros manuscriptos secutus in *ἀμέλγεις* mutavit.

6) Infinitivi in *εν* correpti et grammatici veteres et autores dorici et tituli exempla uberrima praebent, neque Theocritus ab hac ratione alienus est; legitur enim in editione Ahrensiana *εν* pro *ειν* undecies: I, 13. 15. VIII, 4. XI, 36 *συρίσδεν.* *ποππύσδεν* V, 7. *ποτιβλέπεν* V, 35. *ἔχεν* VI, 36. *ἐρίσδεν* VI, 36. *ἀείδεν* VIII, 71. *μυθίσδεν* X, 57.

συμπαίσδεν XI, 74. *δωρίσδεν* XV, 93; praeter quas non raro infinitivus in *εν* vulgaris exhibetur ut *ἐρίσδειν* IV, 8. V, 86. 136. *ἀείδειν* VII, 100. XV, 96 et saepius.

g) De aliis quibusdam vocalium longarum et diphthongorum varietudinibus.

αι pro *ει* vulgari apud Theocritum legitur V, 20. 60. 150. VIII, 33. 43. 47. 87. XI, 48. XV, 82. *αἴϑε* pro *εἴϑε* vulgari III, 12. V, 62. VII, 86. X, 32 *αι* et *ει* derivanda videntur a stirpe pronominali, sva, Graeca *ἑ* vel *Fε*, unde natum est svai locativus, qui est in lingua osca svaé, in prisca latinitate sei, in recentiore sî; litteris ineuntibus sv in lingua Graeca amissis; *αι* igitur est forma genuina, *ει* recentior, vid. Ahr. d. d. 185 et 380.

λαῖον X, 3. 21. 42 et in Sophr. fr. 85 (Ahr. d. d. 148); *λήϊον* species ionica legitur XVII, 78.

ει pro *η* scribit Ahrensius II, 64 *ποϑείκει*, IV, 47 *εἰξῶ*, IV, 143 *εἰξεῖς*. Apud Pindarum autem, Homerum, Dorienses (*ἵκει* Acharn. 786. Lycistr. 87. *ἰξεῖτε* Acharn. 708. *ἵκομες* Acharn. 716) *ἵκω* pro *ἥκω* legitur; *εἵκω* legi vult Ahr. d. d. 344 in Epich. fr. 19 *εἵκω* et fragm. 24 *εἶκε*; in titulo Aeginetico C. J. G. 2140[b] est *συνείκη* = prosit, et in Hesychii glossa: *συνείκη-συμφέρει* „Itaque in genuina Doride e radice *ικ* praesens *εἵκω* factum est, ut *λείπω* et *πείϑω* e *λιπ* et *πιϑ* nescio an grammaticus in Ann. Oxx. I, 212, 21 praesens *ἥκω* recte e perfecto natum indicaverit.“ Futurum est *ἰξεῖτε*, perfectum *ἵκαντι ἵκουσι* apud Hesychium, subjectivi aoristus *ικόμαν*.

ε ex *ει* correptum est in *ἀδέα* pro *ἀδεῖα* vulgari III, 10. *εὐρέα* VII, 78. *ἀλάϑεα* XXIII, 1. *κρέσσων* pro *κρείσσων* VIII, 83.

---

§ 2. De vocalibus contractis.

Ut in aliis rebus, sic ne in vocalibus contrahendis quidem Theocritus rationem ullam neque doricam neque aeolicam neque vulgarem constanter secutus est, sed in idylliis, vel versibus singulis variis formis quae sunt dialectorum variarum usus. Itaque ad dialectum Theocriteam melius perspiciendam singulas singulis locis formas distinguere et enumerare utile videtur.

Ac primum quidem de *α* cum vocali insequenti contracto quaestio est.

1) *α* et *ε* semper contrahuntur et nonnumquam quidem vulgarem in modum in *α* longum ut *ἐρᾶται* II, 148. *μωκᾶσθαι* X, 19. *περονᾶσθαι* XIII, 65. *ὠριγᾶτο* XIX, 44. *ἐνώμα* XX, 109 maximam autem partem dorica contrahendi in *η* ratio valet, quae res et scriptorum et titulorum exemplis et grammaticorum adnotationibus demonstratur vid. Ahr. d. d. 195. *ἐφοίτη* II, 154. *ἐϙορῆτε* V, 3. *ἐτρύπη* V, 42. *ἠρώτη* 74. *ὁρῆτε* 110. *(ἐ)νίκη* VI, 45. *ὄρη* VII, 50. *ὁρῆτε* IX, 35. *ἔλης* XI, 54. *ὄρη* XV, 2. *σμῆ* XV, 30. Justior quaedam ratio dorica esse videtur, quae non ut vulgaris vocalem insequentem in sonum suum plane recipit, sed ex *α* et *ε* accedente novum quandam sonum efficit. Cf. Leo. Meyer. gr. comp. I, 292. *ἐνίκαε* **ἐνίκεε* *ἐνίκη*, sed *ὅραε* **ὁραα*, *ὅρα*, latino amaveram, ama (*v*) eram, amâram.

2) *α* et *ει* semel non contrahuntur, *ἐδριάει* XVII, 19, alias autem aut vulgariter in *ᾳ* ut *σιγᾷ* XV, 96. *ὁρᾷς* XX, 59. 69 aut dorice in *η* ut *φοιτῇ* I, 48. II, 97. *ἐϙορῇ* I, 82. *σιγῇ* II, 33, 34. *ἐρευνῇ* VII, 47. *ποθορῇ* XV, 12. *λῇς* I, 12. V, 21. 64. *ἐϙορῇς* I, 85. *τολμῇς* V, 35. *ὁρῇς* V, 73. *φοιτῇς* XI, 20. *λυσσῇν* IV, 11.

3) *α* et *η* (ex *εαι*) in *ᾳ* vulgarem in modum: *διαντᾷ* XII, 34.

4) *α* et *ο* nonnumquam non contrahuntur, ut *κομάοντας* XVI, 46. *ἐθήκαο* VII, 50. XXIII, 18. *Λυκαονίδαο* I, 111. *Αἴδαο* II, 159. XV, 30. *Εὐρώταο* XIX, 135; contracta leguntur aut vulgarem in modum in *ω* quem ne tituli quidem autoresve dorici neglexisse Ahr. d. d. 189 demonstrat. Itaque *αοντι* fit *ωντι* ut *σιγῶντι* II, 33. *λῶντι* IV, 14. *πιδῶσι* (forma vulgaris) VIII, 45; *αοντ* fit *ωντ*, ut *ζῶντα* IV, 78. *ἀλοιῶντας* X, 48. *ἐκφυσῶντας* XIX, 47. *αομες* fit *ωμες* ut *ἐσορῶμες* XIII, 4. *αομαι* fit *ωμαι* ut *ἀνιῶμαι* XI, 68, et *κουχῶμαι* IV, 77, *αομενος ωμενος* ut *μυκώμενος* IV, 22. *χασμώμενος* IV, 53. *ὀπτώμενον* VII, 55. *ἀλώμενος* XIII, 63. *πειρώμενοι* XV, 61. 122. XIX, 33. *λιχμώμενοι* XIX, 20; *αοντο ωντο* ut *πωτῶντο* VII, 141. XV, 122. *ὑπερπωτῶντο* XV, 120; *αον* fit *ων* ut: *ἀνηρώτων* I, 77. *ἤρων* VI, 29. *ἐνώμων* XX, 23. — Neque tamen Theocritus a dialecti doricae solius ratione abhorret, quae *αο* in *α* longum facit, ut: *γελᾶντι* I, 83. *ἐρᾶντι* VII, 96. *ἀμάντεσσι* X, 16. *πεινᾶντι* (dativus singularis) XV, 147. *ἐπάξα* IV, 28. *ἐκτάσα* IV, 6. Huc accedit genetivus singularis stirpium in *α* masculinarum: *Αἴδα* I, 96. *Θεοχαρίδα* II, 69. *Φιλώνδα* IV, 1. *Λαμπριάδα* 21. *Σιβύρτα* V, 1. *Εὐμάρα* V, 9. 73. *Σιβαρίτα* 73. *Λιτυέρσα* X, 41. *Ὕλα* XIII, 7. *Λάβα* XIV, 23. *Μενέλα* XVIII, 15 a *Μενέλας Μενέλαος, Ἰμέρα.*

5) *α* et *ω* non aliter ac vulgarem in rationem, in *ω*, *αων* inflexione verbali in *ων* contrahuntur, ut *νικῶν* VIII, 17. *ἐσορῶν* 59. *ἐρῶν* IX, 13. *γενειῶν* XIV, 28. *ὁρῶ* XX, 55; in flexione autem stipium in *α αων* aut reliquitur ut *Μουσάων* XVI, 29. *τάων* XX, 161. *θυράων* XIX, 15 aut, id quod rarissime fit, in *ων* contrahuntur velut *λιγεῶν μουσῶν* XX, 221 aut doricum in modum in *α* velut: *νυμφᾶν* I, 12. *τᾶν* 21. *τᾶνδε* 113. *Μορᾶν* 127. *ὡρᾶν* 137. *χιμαιρᾶν* V, 56. *τᾶν ἀρνεᾶν* 57. *Μοισᾶν* VII, 37. 47. 128. *φιλητᾶν* 40. *νυμφᾶν* 136. *μυκητᾶν* VIII, 6. *τᾶν λευκᾶν* 48. *τᾶν πυματᾶν ὠδᾶν* 65. *λευκᾶν δαμαλᾶν* IX, 10. *τᾶν θυρᾶν* X, 14. *γραιᾶν* XV, 19. *πηρᾶν αὐξομενᾶν* 121. *Μοισᾶν* XVI, 57. *Λακαινᾶν*

XVIII, 4. *Τυνδαριδᾶν* 5. *τᾶν* 25. *εὐπατριδᾶν* 54. *θυρᾶν* XIX, 49. Leo Meyer. I, 293 rem ita declarat: *τάων* **τάαν τᾶν*.

6) *αοντjα* quod lingua vulgaris in *άουσα*, *ωσᾰ* mutavit, Theocritus vulgariter contrahere solet ut *ποθορῶσα* III, 21. *φοιτῶσαι* 113, semel doricum in modum in *ασα*, *γελᾶσα* I, 35 cf. Ahr. d. d. 197.

7) *αοι* vulgarem in rationem in *ῳ* contrahitur, ut *ποθορῷμι* VI, 22. *πλανῷντο* IX, 4. *ὁρῷεν* XIII, 12. *βληχῷντο* XIII, 92.

ε cum vocali insequenti contractum.

1) *εα* nullo alio loco nisi in flexione nominali atque in mediis vocibus reperitur, ubi rarius contrahi solet; forma vero doridis antiquioris, contracta recentioris et linguae vulgaris est cf. Ahr. d. d. 235. a) in flexione: *τέμπεα* I, 66. VII, 86. *ἄλσεα* I, 79. 106. *ὤρεα* I, 106. II, 148. *στήθεα* II, 78. *ἄγκεα* VIII, 32. *σμάνεα* 42. *ἄνθεα* IX, 35. XV, 116. XX, 42. *ψεύδεα* XII, 24. *ἀκριβέα* XIV, 81. *χείλεα* XV, 129. *ἄστεα* XVI, 84. *ἔθνεα* XVII, 77. *βρέφεα* XIX, 7. *ἀλαθέα* XIX, 65. II, 93. V, 73. *χείλεα* XIX, 63. *Γανυμήδεα* XII, 35. *Πολυδεύκεα* XX, 2. 26. 92. *Θησέα* II, 45. *βασιλέα* XIV, 63. *θυώδεας* XVII, 126. (*περικαλλέας*) *ἀναιδέας* XIX, 24. b) in mediis vocibus: *κρέας* I, 6. V, 140. IX, 24. *ἔαρ* VIII, 24. — Raro autem fit, ut *εα* in *η* contrahantur velut *ἀναιδῆ* II, 28. *αὐτοφυῆ* IX, 24. *εὐώδη* XIV, 16. *ἦρι* XVIII, 39.

2) *ε* et *ε* nonnumquam et id quidem maxime in nominum flexione non contrahuntur: *ἄλγεες* V, 41. *νέεσθαι* XVI, 28. *τελέεσθαι* XIX, 76. *θανέεσθαι* XX, 18. *φορέεσκε* XX, 114. — *ἐπέεσσι* I, 34. *τοκέεσσι* VI, 24. XX, 159. *ὑπεραχθέες* XI, 15. *τοκέες* 38. *ἀολλέες* XII, 30. *Δωριέεσσί* XV, 93. *ὠκέες* XVI, 46. *σακέεσσι* 78. *πλατέεσσι* XVII, 101. *ἐρικυδέες* 103. *ἀριφραδέες* XIX, 39. *βαρέεσσι* XX, 3. *ἐπιδευέες* 160. *πολέες* 162. *σακέεσσι* 190. *εὐαγέεσσι* XXI, 30. In *εε* autem contrahendo Theocritus a ratione vulgari *εῑ*

non differt, dum Doris severior εε semper in η facit — quae etiam doridis mitioris est, ut ὀπάδει ex ὀπάδεε II, 14 cf. Leo. Meyer. comp. gr. I, 288 — ἄχει 31. ρείτω V, 124. 126. ἀδίκει VIII, 67. θάρσει XV, 63. 56. 73. XX, 76. ἔγχει 31. χεῖτε I, 106. ὠθεῖτε III, 206. θαρσεῖτε V, 145. ὀκνεῖτε VIII, 70. ποεῖτε X, 25. ἐπιθύμεις X, 17. XIV, 57. ἀπώκεις XV, 7. ἑπετρόπεις XXIII, 35. ἐτίθει II, 155. ἐνήργει IV, 61. αὔλει VI, 43. X, 16. ἔπλει XIII, 16. ἐχώρει 67. ἐδόκει XV, 32. ἐθυμάρει XXI, 9. (ἐ)φόρει XXIII, 29. φορεῖται I, 79. δωρεῖται V, 139. ἀμιθρεῖται XI, 69. δαλεῖται XV, 48. τελεῖται 62. φιλεῖται 86. μυθεῖται XV, 18. ἱκνεῖται II, 3. εἰλεῖται I, 30. σκιρτασεῖτε 139. δινεῖτο II, 40. ἐπιχεῖτο 151. πευσεῖσθε III, 50. ὑπεσσεῖται V, 60. βοσκησεῖσθε V, 113. ἐκνυζεῖτο VI, 30. ἐπονεῖτο VII, 73. ἀγεῖτο XI, 11. ποιεῖσθε 49. ἐπιχεῖσθαι XIV, 18. διαχρησεῖται XV, 54. φθεγξεῖται 99. αἰνεῖσθαι XVI, 15. ἀντεφιλεῖτο XVII, 40. ἠωρεῖτο XX, 51. δηλεῖτο 127. θηεῖτο 200. Nonnumquam etiam in flexione nominali εε in ει contrahitur ut λυκιδεῖς ex λυκιδέες V, 38. πελέκεις III, 127.

3) ε et ι, praeter ἀδεῖ I, 26 semper in ει contrahuntur ut πορθμεῖ I, 56. δένδρει V, 47. ὄρει VII, 51. θέρει III. χείλει XI, 31.

4) ε et ει nonnumquam relinquuntur aperta ut φιλέει V, 82. θέειν VIII, 57. ζέει IX, 19 alias autem secundum doridem mitiorem et linguam vulgarem in εῖ fiunt, ut: καταρρεῖ I, 5. ῥιπτεῖ 36. γαθεῖ 52. ἀμφιπολεῖς I, 109. δοκησεῖς 137. ποιεῖ II, 9. καλεῖ II, 100. IV, 32. ἀραξεῖ II, 159. καλεῖς μισεῖς III, 7. ποιησεῖς 19. αὐτεῖ 35. θαρσεῖν IV, 41. εἴξεῖ 47. ἀρκεῖ V, 7. νικασεῖν 28. νικασεῖς 50. 55. κρινεῖ 62. ὀχευσεῖς 147. κινεῖ VI, 168. οἰστρεῖ 28. ὑλακτεῖν 29. στορεσεῖν 33. ὀνασεῖ VII, 36. κινεῖ 58. φρυξεῖ 65. ᾄσεῖ 71. 77. ἐλεεῖ 118. ἀπορρεῖ 120. νικασεῖν VIII, 7. νικασεῖς VIII, 10. θησεῖς 17. ὑλακτεῖ 27. αἰθριοκοιτεῖν 80. λᾳοτομεῖς X, 3. ἀντλεῖς 13. δοκεῖ XI, 2. ἑξεῖς 40. διαξεῖς 42. κατοικεῖν 52. ἀδικεῖ 64. εὑρησεῖς 73. δοκεῖς XIV, 21.

ἀποδαμεῖν 69. αἰτεῖν δεῖ 63. τολμασεῖς 66. ποιεῖν 69. κοσμεῖν XV, 24. ἐπιῤῥεῖ 59. φασεῖς 79. κεντεῖ 129. εἴξεῖς 143. γλυκοφωνεῖ 142. ἀθρεῖ XVI, 16. φωνεῖν 44. μετρεῖν 60. ὠθεῖ 61. ἀχεῖ 96. ὀπῃδεῖ XVII, 75. πατεῖ XVIII, 20. ἐξεῖς 19. ἀϋτεῖ XIX, 37. 58. παταγεῖ XX, 13. ποθεῖ 171. ἀναιρεῖν 180. ἐνοχλεῖς XXIII, 36. αἱμαξεῖ epig. I, 5. τελεῖν ep. VIII, 8.

5) Saepe fit, ut ε-ο in flexione et verborum et nominum apertum relinquatur; cuius rei exempla sunt haec: εὔχεο I, 90. τρομεόντι II, 14. φράζεο 68. φυλάσσεο III, 5. κομέονται IV, 56. φορέονται 115. φιλέοντα VI, 13. βουκολέοντα VII, 91. ἔπλεο 14. δονέοντο 134. ῥέον VIII, 80. λάζεο 86. αἰπολέοντα 87. βουκολιάζεο IX, 1. ἄρχεο 2. καλέοντι X, 26. φιλέοντα XI, 23. φιλέοντες XIII, 63. ἐκερτόμεον 70. ῥέοντι XIV, 38. ἀμηχανέοντος 52. φιλέοντα XIV, 61. φυλάσσεο XV, 71. ποηέονται 115. φιλέοντι XVI, 101. μογέοντων 107. πνέοντας X, 141. 55. νοέοντος XIX, 21. νοέοντι 68. φρονέοντα 71. ὑμνέομεν XX, 1. 4. πνέοντας 86. ἐπαὔτεον 91. ἀμηχανέοντο 103. κρατέοντος 213. ὀρέοντι XXI, 14. κρεανομέοντο 24. φιλέοντα XXIII, 9. νοέοντα 31. — Διομήδεος I, 100. πάχεος III, 19. Πολυδεύκεος IV, 9. XX, 25. ὤρεος 35. θέρεος VI, 4. VII, 142. VIII, 80. IX, 12. ὄρεος XI, 25. πολυδένδρεος 46. Ἄργεος XIV, 141. βρέφεος XVII, 65. σάκεος XIX, 24. μανώδεος XXI, 13. Ἡρακλέος II, 120. ἀδέος V, 54.

Rationem contrahendi εο in ευ non doridis universae, sed singularium eiusdem frontium fuisse, ex Ahrens. d. d. 213 seqq. perspicuum est. Apud Theocritum vero haec exempla exhibentur: βατεῦνται I, 82. φέρευ 113. βασεῦμαι II, 8. ὠμάρτευν 72. ἔρρευν 88. εἴλευ 130. ἐκέλευ III, 14. ἐτάκευ V, 12. βουκολιάζευ 60. ποτεκιγκλίζευ 117. παραίσθευ 120. ἀφίκευ XI, 40. καθίζευ XV, 3. λάζευ 21. ἔχευ 68. βιάζευ 76. ἀφίκευ 148. κατεβάλλευ XVIII, 11. νεύμεθα XVIII, 57. φείδευ 67. ἐγένευ XXIII, 17. προσέρχευ ep. IX, 2. καθίζευ 4. κυνζεῦνται, φωνεῦντα II, 108. καλεῦμαι 124.

ἀλεῦμαι III, 24. ᾳσεῦμαι 37. κεισεῦμαι 52. ποθεῦντε IV, 12. βασεῦνται 26. λασεύμεθα 39. λαλεῦντι V, 34. βομβεῦντι 46. λαλαγεῦντι 48. φιλεῦντι 80. ὠρχεῦντο 144. τελεῦντι VII, 32. στορεσεῦντι 54. αὐλησεῦντι 70. ἐθρήνευν 73. ἀρξεῦμαι 94. λαλαγεῦντο 138. μασεῦμαι XI, 57. ποθεῦντες XII, 2. ἀδοκεῦμες XIII, 1. φορεῦντος 7. φωνεῦντες XIV, 20. 55. βασεῦμαι 55. αἰτεύμενος 62. κινεῦ XV, 39. ὠθεῦντο 73. ἐνδινεῦντι 82. λαλεῦμες 92. οἰσεῦμες 132. οἰκεῦντες XVI, 77. καλεῦνται XVII, 25. ἀριθμεῦνται 27. σταξεῦμες XVIII, 47. ἀτιμαγελεῦντες IX, 5. μυθεῦ X, 5. μυθεῦμαι 21. ἀμβάλευ 22. ἐγχεῦντα 53. μοχθεῦντας 56. θηεύμενοι XX, 36. καλεῦντος 39 — in flexione nominum: *Πραξιτέλευς* V, 105. *Εὐμεύδευς* 134. *ὄρευς* VII, 46, cuius modi formas tituli dorici frequentant in mediis vocibus: *Θευχαρίδα* II, 69. *Θεύγενις*, XXIII, 21.

Perraro ratio vulgaris *οῦ* reperitur, *σέβου* XVIII, 49, mirum est quod ratio vulgaris non modo apud Theocritum, *ἐρῃοῦμες* XVIII, 41. *δρεψούμενοι* ibid., sed etiam in aliis Doridis fontibus ut in inscr. Ther. 2448 *ἐμβαλοῦμες*, *ἐξοῦντι*, *δειξοῦνται*. Acharn. 716 *ἀγορασοῦντες*. Sophr. 19 *νησοῦντι* (vid. Ahr. d. d. 217) in futuro quod dicunt dorico exstitit.

ε+ω 6) ε et ω et contracta et aperta reperiuntur; et aperta his locis: *κερτομέω* I, 61. *ἀλγέω* III, 51. *αὐλέω* IV, 32. *θαρσέω* 44. *βομβέων* V, 29. *πατέων* 61. *βωστρέωμες* 68. *μισέω* 112. 114. *φρουρέωμες* VII, 121. *ὁμαρτέω* VIII, 67. *ἐνοικέω* IX, 15. *δοκέω*, XI, 48. *πλέων* 58. *αἰνέων* XII, 23. *δοκέων* XIII, 25. *αἰτέω* XVII, 137. *ὑμνέων* XX, 26. *θαρσέω* 57. *ἀλλοφρονέων* 129. *κρατέων* 131. *εὐσεβέων* XXI, 32. — *θυέων* II, 10. *νιφέων* 71. *δυσμενέων* XIX, 100. 128. *ξιφέων* 126. *ἐτέων* XIV, 16. *κερδέων* XVI, 15.

ε+ω = ῶ ε et ω his contrahuntur: *φωνῶ* II, 43. *ὑπαντῶν* V, 90. *ποῶν* X, 38. *ποθῶν* XI, 62. *δοκῶ* XV, 92. *μουσοποιῶν* epig. IV, 3 prima persona singularis dorici quod dicunt futuri semper contracta est velut *νομευσῶ* I, 13. *δωσῶ* 24. *ᾳσῶ* 132. *θυσῶ* II, 28. *οἰσῶ* 58 et saepissime *μελῶν* ex *μελέων* XVII, 62.

7) ε et οι contrahi non solent, ut φορέοιτε I, 119. θρυλέοιμι 141. θέοισαν VI, 12. φορέοιεν XV, 98. φιλέοισαι 105. εὐμενέοισα XVII, 62. ποθέοισαι XVIII, 43. μογέοιεν XX, 42. εὐαγέοιμι 70. φορέοισα XXII, 11; semel contrahuntur: δινοῖτε II, 41.

8) ε et ου aperta saepius leguntur ut φρονέουσι XVI, 23. φιλεούσης XVII, 42. εὐφρανέουσι XX, 178. κρατέουσι 213. Aliquid offendere videntur formae contractae ut βομβεῦσα III, 16. ποιολογεῦσα 31. ποθεῦσαν V, 56. καλεῦσα VI, 7. δοκεύσας IX, 25. γαθεῦσι 36. φορεῦσα XV, 105; huius modi formae hucusque apud Theocritum solum leguntur; quae neque dialectus dorica neque aeolica neque Homerus suppeditat. Quo factum est, ut jam Ahrensio suspectae viderentur cf. Ahr. d. d. 214.

9) εαι nonnumquam apertum relinquitur ut ἐπείγεαι VI, 24. XX, 63. κρατήσεαι VI, 71. ἀκούσεαι XXIII, 21; alias vulgarem in rationem contrahitur: γνώσῃ XXI, 9. ἀποισῇ I, 3. λαψῇ 4. 10. ἀσῇ V, 31. βουκολιαξῇ 44. ἐσσῇ X, 5. ἐργαξῇ 23. οἴχῃ XIII, 21. φθεγξῇ XIV, 22. φευξῇ 54.

Verborum in όω contractorum apud Theocritum haec leguntur exempla: πληροῖ V, 86. VIII, 89. ζαλοῖ VI, 27. δίδου I, 130. πληροῦσι VIII, 41, quae a lingua vulgari non distare manifestum est. Ex doride severiore infinitivus ὑπνῶν X, 48 sumptus est.

§ 3. De consonantibus.

τ pro σ vulgari.

In dialecto dorica saepe τ pro σ vulgari legi, jam grammatici docuerunt neque exempla ex autoribus titulisve sumta deficiunt. Res autem ita se habet, ut τ sit littera duplicis naturae, quae a Doriensibus servata, ab aliis autem Graecis in σ mollita est. Theocritus vero non raro τ pro σ praebet:

Et primum quidem, τ apparet in tertia persona singularis indicativi activi verborum in μι, φα-τι I, 50. τίθη-τι IV, 4. ὑφίη-τι; τι in universa Graecitate est in ἐσ-τι, sanscrite as-ti, latine es-t, gotice is-t, cf. Bopp. gr. comp. § 456. Schleich. Cpd.[2] 678.

2) In tertia persona pluralis indicativi praesentis activi omnium verborum -ντι, quod lingua vulgaris in -σι vocali praecedente producta mutavit. Suffixum est *anta, sanscrite -a-nti, latine nt(i), gotice nd, cf. Schleich. Cpd.[2] 684. μοχθίζοντι I, 37. ὠθήκαντι 42. τρομέοντι II, 12. σιγῶντι 33. φα-ντι 46. VI, 8. ποθεῦντι IV, 12. βομβεῦντι 46. λαλαγεῦντι 48. ὄσδοντι 52. φιλεῦντι 80. ἔχοντι 94. ἐντί 109. ῥαγίζοντι 113. ἔδοντι 128. πατέοντι 129. λέγοντι VI, 34. ἠλαίνοντι VII, 23. φαντί 27. τελεῦντι 32. λέγοντι 32. στορεσεῦντι 57. αὐλησεῦντι 70. φύοντι 74. φαντί 120. ἀριθμεῦντι VIII, 16. ἔχωντι 173. καλέοντι X, 26. ἐντί XI, 44. 49. κιχλίζοντι 75. ἀντέλλοντι XIII, 22. βόσκοντι 23. ἐνθύνοντι 28. ῥέοντι XIV, 38. φαντί XV, 28. ἑστάκαντι, ἐνδινεῦντι 82. ἀείδοντι 3. μίμνοντι 11. σπεύδοντι 15. ἐρρίγαντι 77. φιλέοντι 101. μέλοντι XVII, 73. ἀείδοντι 115. ἐχθαίροντι XIX, 29. νοέοντι 68. σφάλλοντι 112. — Forma vulgaris -σι multo rarius apud Theocritum legitur velut: νεικείουσι I, 34. (πληροῦσι) VIII, 45. πιδῶσι, ibid. γαθεῦσι IX, 36. γηράσκουσι XII, 2. ἐριδμαίνουσι 31. ναίουσι XVI, 5. ἴασιν 8. ἀμαλδύνουσιν 59.

βαστάζουσι 78. *τελέθουσι* 69. *τιμῶσι* 79. *σκιαόυσιν* 84. *ἄγουσιν* XVII, 23. *ἀλθήσκουσιν* 78. *κρατέουσι* XX, 224. *ἐρωήσουσι* 74. *ὑμεναιώσουσι* 179.

3) Pronomen personae secundae singularis quae est in linguae Graeca *σύ*; olim *τ* pro *σ* fuisse perspicitur ex lingua Sanscrita, tvam = tuam, bactrica tâm, latina tû, bulgarica ty, gotica thu; litteram *τ* antiquam igitur dialectus dorica reservavit, lingua Graeca vulgaris in *σ* mollivit cf. Schleich. Cpd.[2] 643. Theocritus vero has formas praebet:

τύ pro *σύ* I, 4. 10. 11. 18. 60. 85. 109. 130. 135. 138. II, 59. 78. 130. IV, 27. V, 1. 2. 4. 24. 35. 41. 52. 69. 71. 77. 116. 122. 124. 130. 137. VI, 8. VII, 21. 26. 83. 87. VIII, 10, 63. IX, 1. 5. X, 19. 21. 34. XI, 40. XV, 7. 25. 66. 106. XVIII, 38. — *σύ*: XII, 8. XX, 61. 62. 71. 116. 117. 135.

τεοῦς XI, 23. *τεῦς* V, 39. IX, 36. XI, 50. 53. — *σέθεν* XVII, 50. IV, 38. 135. XXIII, 132.

τοί I, 133. 134. III, 10. 13. 33. 53. VII, 30. 43. 50. 86. VIII, 88. X, 8. 10. XI, 38. 48. 54. XV, 35. 38. XVIII, 16.

τίν II, 11. III, 32. 51. V, 8. 49. 55. 57. 65. X, 31. XI, 37. 53. 65. XV, 89. 109. — *σοι* semel: XVII, 58.

τύ (accusativus) II, 100. III, 5. 17. 22. V, 41. 74. 116. 118. 148. 150. VI, 27. 58. 65. X, 15. XI, 5. 26. XV, 12. 40. XVIII, 12. *τε* I, 5. — *σε* autem XVII, 58. XX, 64. XII, 23. XX, 135. XXII, 8.

τεός, pro *σός* I, 7. II, 115. 131. III, 26. VIII, 85. X, 59. XIV, 38. 57. XV, 11. XVIII, 15. XIX, 10. 92.

4) In nonnullis vocibus: *ποτί* pro *πρός* legitur I, 2. 12. 17. 23. II, 8. 17. 108. 156. III, 1. 38. 29. 37. IV, 3. 24. 29. 46. 50. 61. V, 23. 70. 103. 126. 136. VI, 24. 28. 32. VII, 26. 41. 137. VIII, 5. 16. 27. XI, 1. 41. 53. 65. XIII, 12. XV, 10. 132. XVI, 94. XIX, 60. — *πρός* autem XX, 22. 58. 165. IX, 18. Forma antiquissima est *προ-τι*, quae optime quadrat cum Sanscrita pra-ti, slovenica proti, lettica pretti; cretica est *πορτι*, dorica *προ-τι*, *ρ* ex *πορτι*

amisso *ποτι* factum est, ex *πρότι τ* in *ο* mollito *πρός* vulgare, cf. Curt. d. 207. Ahr. d. d. 358.

εἴκατι IV, 10. V, 86. XIV, 44. XV, 138, sed *εἴκοσι* XVI, 51, cf. Curt. dem. 159 boeot *ϝίκατι* lacon: *βείκατι*, homer. *ἐείκοσι*, sanscr. riçati, lat. vîginti, cf. Ahr. d. aeol. 170, d. d. 45.

πλατίον V, 128. X, 3, cf. Ahr. d. d. 60. Curt. el. 261 *πλησίον* dor. *πλατίον* a stirpe *πελ*, in *πέλας τειχεσι-πλή-της* derivat. stirps est *πλᾶ*, suffixum *τιος* doricum *σιος* vulgare. *πέρυσι* XV, 98, sanscr. parut, paruttnas, tiudisce: vernent.

κ pro *τ* vulgari.

κ pro *τ* vulgari legitur in *ὅκα* pro *ὅτε* I, 23. 35. 65. III, 27. 39. IV, 17. V, 116. 118. 133. 134. VI, 29. XI, 8. XIII, 11. XIX, 91. *τόκα* V, 12. VII, 153. XIX, 1. 65. XXIII, 39. *ποκα* I, 65. II, 45. 66. 114. IV, 7. 28. V, 5. 9. 36. 39. 81. 118. VI, 2. VII, 72. 77. VIII, 15. 34. IX, 29. X, 23. 32. XIII, 2. XIV, 9. XV, 30. 44. XVIII, 1. *ὅποκα* V, 143. XIII, 12. *πήποκα* VIII, 33. XI, 65. *ἄλλοκα* I, 36. II, 154. IV, 19. 49.

Forma antiquissima est ka, sanskr. ḱa, zend. ca, latina que, got. -h in ni-h = neque; dialectus dorica *κ* genuinum reservavit, lingua vulgaris *κ* in *τ* mutavit; cuius rei exempla plura vid. in Curt. el. 442—46. Ahr. d. d. 337.

ξ pro *σ*.

Verba in $\overline{\zeta\omega}$ quorum in lingua vulgari pleraque stirpem aoristi et futuri in *σ* simplex faciunt, in dialecto dorica in *ξ* faciunt. Quam rem jam grammatici veteres animadverterunt, ut Schol. Theocr. I, 12. *τὸ καθίξας Δωρικὸν τροπῇ τοῦ σ εἰς ξ. οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸν μέλλοντα τῆς τετάρτης συζυγίας τῆς ληγούσης εἰς ζω διὰ τοῦ ξ ἐκφέρουσιν.* —

Et M. 100, 32. *τὸ δὲ βαστάξω καὶ νυστάξω δωρικά ἐστι κατὰ τροπὴν τοῦ σ εἰς ξ.* Cuius rei exempla cum a scriptoribus tum vero titulis doricis multa suppeditantur neque ea Theocritum deficiunt. ζ Graecum aut ex **δj* aut ex gj-dj intermisso, aut ex *j* exortum esse, ex Georg. Curt. elem. 564 sqq. perspicitur; quamvis autem stirpis praesentis proprium esset, nonnumquam tamen factum est, ut *j* in stirpem aoristi et futuri formandum transferretur itaque **jσ* evaderet; quod cum pronuntiari non posset, j aute *σ* aut in litteram gutturalem quasi obduruit, ita ut *ξ* exoriretur (cf. Curt. el. 631), aut *j σ* litterae insequenti ut dicunt, assimilatum est, ita ut *σσ* fieret, de qua re infra pluribus disputabitur. Cuius rei exempla Theocritus haec praebet:

χαρίξῃ V, 71. a *χαρίζω*, praeterea in inscr. Cret. C. J. Gr. nr. 3068 *χαριξιόμεθα*, *ἐργαξῇ* X, 28, praeterea in tab. Heracl. I, 69 *ἐργάξονται*. — *ἔπαιξε* XIV, 22; *παῖξαι* doricum vocatur a Phrynicho pg. 240. — *ἀπόκλαξον* XV, 43. *ἀποκλάξας* XV, 78, de *κλαξῶ* vid. schol. Theocr. VI, 32 et Greg. Cor. 327. *καθίξῃ* I, 53. *καθίξας* V, 31 a *ἵζω* (*ἑδ-ος*). *καχαξῶ* V, 142. *σίξα* VI, 29. *ἐξήταξα* XIV, 28. *θεσπίξασα* XV, 63 a *θεσπίζω*, *ὀλόλυξεν* XXII, 64. *πιύξας* IV, 35.

ζ nonnumquam e *γγ* exoriri ex his perspicuum est: *ἐλυγίχθης* I, 191 a *λυγίζω* I, 90. *μελικτάς* III, 30 ad *μελίζω*; *συρικτάς* VII, 28 et *συριγκτάς* VIII, 33 ad *συρίζω*; *ἰυκτάς* VIII, 29 ad *ἰύζω* adponitur, *κλάξ* XV, 33 ad *κλάζω* quod est in glossa Hesychiana: *κατεκλάζετο*.

Nonnumquam, ut in dialecto dorica, stirps *ὄρνιχ-ος* est pro *ὄρνιθ-ος* vulgari.

De *σδ* pro ζ.

Dialectum doricam ζ in *σδ* dirimere, grammatici veteres docuerunt ut Schol. Dionys. Thr. 780, 16 *ἔγραφον τὸ σ καὶ δ ἀντὶ τοῦ ζ, ὥςπερ καὶ νῦν εὑρίσκομεν παρὰ τοῖς*

Δωριεῦσιν. — Et M. 412 *τὸ ζ διαλύουσιν οἱ Δωριεῖς εἰς σ καὶ δ. οἷον ζυγὸς σδυγός. ζευκτῆρες σδευκτῆρες. θερίζω θερίσδω. συρίζω συρίσδω. Θεόκριτος.* Schol. Theocrit. I, 3. *λύουσιν (οἱ Δωριεῖς) τὸ ζ εἰς τὰ ἐξ ὧν ἦν συγκείμενον στοιχεῖα.* Qua in re illos plane erasse, mutationemque $\overline{\zeta \text{ in } \sigma\delta}$ e dialecto aeolica sumptam esse Ahrens. d. d. 95 demonstravit. Quid quod in optimis Aeolidis fontibus *σδ* pro *ζ* vulgari perraro legitur, ita ut Ahrensius d. aeol. 47 dubitet annon semper vulgare *ζ* apud Aeoles in *σδ* transierit. Quaecum ita sint, Ahrensius his locis *σδ* pro *ζ* in editione Theocritea scribit: *μελίσδεται* I, 2. *συρίσδες* I, 3. *συρίσδεν* I, 13. 15. VIII, 4. XI, 36. *συρίσδων* VI, 9. *σύρισδε* VI, 43. *ἐσδώμεθα* I, 20. *ἐρίσδων* I, 23. *ἐρίσδειν* IV, 8. V, 36. *ποτέρισδε* V, 60. VI, 5. *ἐρίσδομες* V, 67. *ποτόσδον* I, 27. VII, 116. *ὅσδει* I, 136. *ὅσδοντι, ὅσδεις* V, 52. *ἐφαρμόσδων* I, 52. *φράσδῃ* I, 95. *ποτίσδων* I, 107. *ἐφίσδει* V, 97. *ἐψιθυρίσδομες* II, 140. *πυκάσδειν* II, 152. *πυκάσδει* III, 17. *κωμάσδω* III, 1. *ποππύσδεν* V, 7. *ὁρίσδεν* V, 24. *βαὐσδεν* VI, 60. *βουκολιασδώμεθα* VI, 36. *μελισδόμενος* VI, 58. *μαστίσδοιεν* VI, 107. *χρήσδεις* VIII, 11. *χρῆσδω* VIII, 12 (bis). *μυθίσδεν* VIII, 58. *γενειάσδων* XI, 9. *μουσίσδων* XI, 78. *παίσδει* XIV, 8. *παῖσδε* XV, 42. *ἔπαισδον* XV, 49. *παίσδειν* XVIII, 14. *ὑβρίσδεν* XIV, 9. *ἀγοράσδεν* XV, 16. *πλατειάσδοισαι* XV, 83. *δωρίσδεν* XV, 93. *πανίσδεται* XVIII, 32.

E quibus verbis haec *ζ* quoque littere scribuntur: *φράζεο* I, 68. 74. VI, 13. *ἐπιφραζώμεθα* XX, 116. *ἔζετο, ἐζόμενος* II, 100. 106. *ἐζόμενοι* VI, 4. *βουκολιάζεο* V, 60. IX, 15. *μουσίζω* VIII, 37. *καθίζεο* XV, 1. *χρίζοντι* XV, 28. *παίζοισαι* XV, 101.

Nihil aliud nisi *ζ* scriptum est in his verbis et primum quidem initio vocis: *ζοοί* II, 5. *ζοοῖσι* IV, 42. *ζωόν* VII, 78. *ζωοῖς* VII, 85. *ζωός* XVI, 53. *ζώστρῃσιν* II, 121. *ζαλῶ* III, 49. *ζαλοῖ* VI, 27. *Ζεύς* IV, 43. *ζῶντα* V, 79. *ζώοντες* XVI, 59. *ζώοντα* XXI, 4. *ζόης* XXIII, 20. *ζόει* IX, 19. *ζυγῷ* XII, 15. *ζυγά* XIII, 29. *ζωογράφοι* XV, 81.

ζώννυται XVI, 81. *ζωστῆρι* XXI, 87. *ζοΐας* XXIII, 5. ζ deinde in media voce his locis: *ἐθειράζοντες* I, 33. *μοχθίζοντι* I, 37. VII, 48. *λυγίζειν* I, 90. *ἐπιφθύζοισα* II, 61. VII, 26. *κνυζεῦνται* I, 118. *ἐκνυζεῖτο* VI, 30. *κνύζᾳ* VII, 67. *μαζόν* III, 19. *μαζοῖο* III, 49. *ἐθήλαζε* III, 19. *θηλάζοντα* XIV, 1. *σκοπιάζεται* III, 25. *σιτίζεται* IV, 16. *μάζας* IV, 34. *δαμάζει* IV, 55. *ἐπύγιζον* V, 41. *ξυλοχίζεται* V, 65. *ποππυλιάζει* V, 89. *ἐρεθίζω* V, 110. *ἐρεθίζετε* 111. *ἐρεθίζειν* XX, 2. *ῥαγίζοντι* V, 43. *ποτεκιγκλίζευ* V, 117. *κνίζω* V, 122. *κνίζων* VI, 25. *παφλάζοντα* VI, 12. *κοκκύζοντες* VII, 48. *κοκκύζων* VII, 123. *κελάρυζε* VII, 136. *τρύζεσκεν* III, 139. *ἔραζε* VII, 145. *λάζεο* VIII, 86. XV, 21. *λαζόμεναι* XVIII, 47. *οἰζυρέ* XII. *χροΐζεται* X, 18. *σφύζειν* XI, 68. *κιχλίζοντι* XI, 75. *πεζᾷ* XI, 72. *πεζός* XVII, 99. *Ἀμυκλαϊάζων* XII, 13. *τράπεζαν* XIII, 35. *τραπέζῃ* XVI, 27. *τριακοντάζυγον* XIII, 71. *βιάζεο* XV, 78. *βιαζόμενοι* XX, 9. *ὄζος ὄζῳ* XV, 122. XVII, 31. *σκυζόμεναι* XVI, 8. *τωθάζοισαι* XVI, 9. *ῥέζειν* XVI, 26. *νίζειν* XVI, 62. *δίζημαι* XVI, 68. *βαστάζουσιν* XVI, 78. *ἐργάζοιντο* XVI, 90. *ἀρίζηλος* XVII, 57. *λυσίζωνος* XVII, 60. *ἀναβλύζων* XVII, 50. *κτεατίζεται* XVII. 105. *πρωιζέ* XVIII, 1. *εὐνάζοισθε* XIX, 9. *κουφίζων* XIX, 45. *σχίζῃσιν* XIX, 91. *ἐπιζεύξαντα* XX, 3. *χαλάζαις* XX, 16. *ἐρημάζεσκον* XX, 35. *ξείνιζε* XX, 61. *συνίζανον* XX, 112. *πολεμιζέμεν* XX, 212. *φροντίζοι* XXI, 28.

Ex quibus rebus apparet Theocritum nullam certam legem in ζ servando et in *σδ* quod dicunt aeolico usurpando secutum esse. De origine ζ indogermanica cum Aug. Schleich. histor. ling. comp. 40 seqq. et Leo. Meyer. gr. comp. I, 88 seqq., tum vero G. Curtius in elem. 562 seqq. egregie disputaverunt. Ex quo perspicuum est ζ Graecum primum e j antiquo quod in lingua Graeca nusquam scriptum est, sed e mutationibus quas effecit cognosci potest dj interposito, tum e dj, postremo e gj, dj interposito exortum esse. Quaecum ita sint, nullo modo intellegi potest, quomodo ζ litteram quae dz vel ds sonavisse

videtur, dialectus aeolica in *σδ* diremerit. An putemus miro quodam artificio *σ* ante *δ* positam esse? Ahrensius autem d. aeol. 48 dicit: „Contra ubi $\overline{σδ}$ ab origine erat, ut *ὕσδος ἵσδω* — quod ex **σίσδω* exortum putat — aut *ζ* e *δ* natum est, ut in *βρίσδα* et plerisque verbis in $\overline{ζω}$ apud poëtas antiquiores $\overline{σδ}$ scriptum fuisse videtur, unde non dubitamus cum aliis *ἰσδάνει* et *κωμάσδω* corrigere, quamquam recentiores tituli ne in his quidem sibi constant.“ Primum quidem Ahrensii disputationi de *ἵσδω* assentiri non possum; putat enim *ἵσδω* exortum e *σεδ* stirpe reduplicata *σισδ*, *ἵσδ* ut *σίσχω*, *μίμνω*, *πίπτω*. Negari non potest stirpem esse *σεδ*, sanscrite sad, latine sed (sedes) quae Graece *ἕδ-ος*, **ἕδ-ϳομαι ἕζομαι* format. *ε* vocalis in *ι* attenuata apparet in *ἰδ-ρύω* (Curt. 664) et *ἴδ-ϳω ἵζω*, gotice sat-jan; *ζ* igitur e *δϳ* natum esse quis neget? *ὄζος* quidem ab Aug. Fickio III, 343 ab *ὄσδος* derivatur ut *ἄζω* ab *ἄσδω;* quamquam ast-s goticum recusari non potest. Errat autem Ahrensius arbitrans, *ζ* e *δ* solo exortum esse, de quo vid. Schleich. Leo. Meyer. Curt. locis citatis. *βρίσδα* forma lesbico aeolica pro *ῥίζα* e *Ϝριδ-ϳα* natum est, vid. Curt. 326 et 566.

Verborum igitur quae Ahrensius in editione Theocritea *σδ* scribit, reduci possunt ad stirpem in *γ*: *συρίζειν* a *συριγγς*, *μαστίζειν* a *μαστιγ-ς*, *ἁρμόζω* ab *ἁρμοζ-ή*; ad stirpem in *δ*: *ἕζομαι* et *ἵζω* a *ἕδ* in *ἕδ-ος*, *παίζω* ex *παίδ-ϳω* a *παι(δ)-ς*, *δωρίζειν* a *δωρί(δ)-ς*, *ἐρί-ζειν* ab *ἔρι(δ)-ς*, *ὄζω* ab *ὀδ* in *ὄδ-ωδα*; reliqua hoc modo exorta esse videntur: *πυκάζειν* a *πύκα* **πυκαϳâμι* interposito, *κωμάζω* a *κώμα* (*κωμαϳâμι*), *ἀγοράζω* ab *ἀγορά*, *πλατειάζω* a *πλατεῖα*, *βουκολιάζω*, e *βουκόλιον γενειάζω*, *μελίζειν* a *μέλ-ος*, *ὁρίζειν* ab *ὅρος*, *ψιθυρίζω* a *ψίθυρος*, *μυθίζω* a *μῦθος*, *μουσίζω* a *μούση*, *ὑβρίζω* ab *ὕβρι-ς*, *πᾶνίζω* a *πᾶνα πᾶνίον* (dorice); non satis explicari possunt *χρῄζω*, *βαΰζω*, *ποππύζω*; de quibus rebus vid. Curt. loc. c.

σδ pro *ζ* igitur ex arbitrio neque judicio certo adhibito

scriptum esse videtur, ita ut maxime dubium sit, num in hac re autoritatem librorum manuscriptorum sequendum sit.

De consonantibus quas dicunt geminatis.

Duplex σ pro σ simplici vulgari dialecti lesbiacae proprium fuisse traditur; legitur tamen etiam apud Siciliotas, Italiotas inprimisque in tabulis Heracleensibus; neque desunt testimonia e grammaticis sumpta ut ex Eusthat. 665, 13. Phavor. Ecl. 284, 34. Gregor. Cor. 209.

Neque vero is rem recte aggreditur, qui litteras duplices in dialectis exhibitas e litteris simplicibus vulgaribus reduplicatione litterae simplicis quadam exortas esse putat. In *ἔσσεται* IV, 41. V, 25. 56. VII, 68. VIII, 25. XII, 11. 15. XVII, 37 quod non solum in dialecto dorica, sed etiam apud Homerum et poetas tragicos saepenumero legitur, duplex σ offendere non potest. Stirps enim est *εσ*, in *ἐσ-τί*, ad quam suffixum doridis severioris *σίομαι*, mitioris *σέομαι*, linguae vulgaris *-σομαι* accedit; quod σ duplex lingua vulgaris σ simplex fecit. Similiter res se habet in nonnullis aliis formis σσ scriptis maximeque aoristis, quorum stirpi σ fuisse videtur, ut *ἐξεγέλασσε* IV, 37. *γελάσσας* VII, 42. 127. *γελάσσαι* VII, 155, quae in editionibus ante-ahrensianis *γελάξας*, *ἐγέλαξε* *γελάξαι* scripta legebantur; stirps ad quam suffixum aoristi *-σα* accessit *γελασ-* statuenda est, quae adhuc in *γελασ-τός* exstitit; *ἐγέλασσε* legitur etiam in Homeri Il. XV, 101. Verisimile est stirpem praesentis fuisse *γελασjω*. *φλασσῶ* V, 148. *φλάσσαιμι* V, 120. *αφλάω;* legitur apud Hippocratem *φλασ-τός*. *ἀνειρύσσασα* XIV, 35. ab *ἐρύω* **Fἐρύσjω*, unde in Homeri Il. I, 190. III, 270. *ἐρυσσάμενος* et *ρυσ-τάζεσκον* vid. L. Meyer. gr. c. I, 65. — *ἐρυσσαμένω* apud Theocr. XX, 191. *μαχεσσαίμεθα* XX, 74. *μαχεσσάμενος* apud Epicos, aoristus *ἐ-μαχέσ-θην*, participium *μαχεόμενος* apud

Homerum a *μαχεσϳομαι; σ amisso *μαχείομαι. ἐκαλέσσατο XX, 78. κάλεσσαι apud Alc. 49. καλέσσατο apud Tzetz. Epex. Il. 103, 24. καλεσσάμενος Il. V, 427, a καλέϳω.

Alias autem res ita se habere videtur, ut littera simplex cum littera alia praecedente, ut dicunt, assimilaretur, itaque duplex, tempore recentiore simplex fieret; id quod factum apparet in:

ὅσσος quod apud Theocritum legitur II, 45. 103. IV, 39. VIII, 7. IX, 13. 16. X, 32. XII, 3. 4. 5. 6. XIII, 9. 63. XV, 41. 44. 65. 115. 117. 145. XVI, 61. 74. XVII, 39. 119. XIX, 111. 112. XX, 43. XXI, 21. XXII, 14.

ὅσος autem I, 41. 53. IV, 39. VII, 47. 96. IX, 20. XII, 3. XIII, 55. XVII, 66. XX, 195.

τόσσος I, 125. II, 45. VI, 41. VII, 89. 127. IX, 12. 35. XII, 8. XVII, 66. 81. 96. XIX, 42.

τόσος autem II, 114. 159. XVII, 38. 79. — Forma antiquissima fuit *ὅς-ϳος, τός-ϳος e quibus primum quidem ὅσσος et τόσσος, tum autem ὅσος et τόσος exorta sunt, cf. latinum toti-dem. Cui numero ὁσσίχος IV, 55 tribuendum est.

μέσσος XVII, 4 e *μεθϳος quae forma et in lingua sanscrita madhjas, latina medius.

κτεάτισσαν XVII, 119 a κτεατίζω, in quo j stirpis praesentis in stirpem aoristi formandam translatum est, cf. supra pg. 50.

κτίσσε XXII, 17 a κτίζω pari ratione exortum.

ὀπάσσομεν XXII, 9. ὀπάσσαι XXII, 16 ab ὀπάζω.

μικκός V, 66. VIII, 64. XV, 12. 42 pro μικρός vulgari, assimilatione quam dicunt, factum.

ὀππόκα V, 96. XIX, 130. ὄππη XX, 11. XXII, 4. XXIII, 3. ὀππότερος XX, 34. ὀππότε XVII, 42. ὄππως XX, 117. XXII, 6; forma genuina est *ὄκϝως, ex qua ὄππως natum est ut ab *ἴκϝος, sanscr. açvas equus, ἵππος, ionice autem ἴκκος, quod legitur in Et. Magno pg. 474. 12.

ὅττι X, 43, XVII, 64 pro ὅτι cuius origo ducenda a

stirpe pronominali ki, sanscritico kim, unde aeolicum ὄττινας ex *ὀκϳ *οτϳ cf. Curt. 446.

ξέννος forma aeolica pro vulgari ξένος origo habenda est ξένϝος quod legitur in inscriptione Corcyraea, unde aeolice assimilatione quam dicunt ξέννος, ionice productione quam dicunt suppletoria ξεινός, vulgariter ξένος factum est.

ἔννεκα XXII, 13 aeolice pro ἕνεκα, cuius origo adhuc obscura.

πέρρυσι XXIII, 26 pra πέρυσι, sanscrite parut; apud Alcaeum fr. 64 legitur πέρρατα pro πείρρατα vulgari.

ὄκκα quod pro ὅκα legitur I, 82. IV, 21. 56. VIII, 71. XI, 20. 21. XV, 13 Ahrensius d. d. ex ὅκακα exortum esse arbitratur.

ἐσσυμένως XX, 139 a σεύω σϝεύω assimilatione natum.

ψε pro σφε exhibetur IV, 3 et a grammaticis Sicilicum vocatur.

---

§ 4. De nominum flexione.

Cum Theocritus ratione nominum flectendorum non valde a ratione vulgari differat, totam rem perscribere non necessarium videtur, praecipue cum maximae res quibus poëta Syracusanus a lingua vulgari discrepat, ubi de vocalibus et consonantibus dictum est, jam tractatae sint. Nonnulla igitur et singula, quae in carminibus Theocriteis rara atque ab usu vulgari discrepantia reperiuntur hoc loco commemorabuntur.

Dativus igitur pluralis apud Theocritum vario modo exhibetur; suffixum vulgare est *-σι*, sanscrite su, quod ex *sva, *svi exortum et; inde Graeca **-σϝι*, *-σσι*, *-σι*.

Stirpes consonante et molli vocali exeuntes dativum flectunt, 1) vocali interposita inter stirpem et suffixum et primo quidem *α*, ut in tabulis Heracliensibus *πρασσόντ-ασσι*, *ἔντ-ασσι*; unde et *ασι* natum est ut apud Homerum *ὑιάσι* Il. V, 463. XXIV, 248. 546. *ἄνδρασι* Il. I, 152. *ἄρνασι* et apud Theocritum *πατράσι* XVI, 45; et *-εσσι*, quod saepissime apud Homerum neque raro apud Theocritum ut *κύλικ-εσσι* III, 11. VII, 69. *ὀνύχ-εσσι* IV, 54. *Αἰθιόπ-εσσι* VII, 113. *γονάτ-εσσι* XVI, 111. *κτεάτ-εσσι* XX, 151. *γεράεσσι* XVI, 108. *ὀρνίθ-εσσι* XX, 75. — *ἀρβυλίδ-εσσι* VI, 26. *τριπόδ-εσσι* VII, 100. *στιβάδ-εσσι* XIII, 31. *μυριάδ-εσσι* XVII, 83. *Κυκλάδ-εσσι* 89. *πόδ-εσσι* XVIII, 35. *παίδ-εσσι* XXI, 31. *πάντ-εσσι* I, 124. XV, 105. *ἀμάντ-εσσι* X, 16. *ἱμάντ-εσσι* XIX, 13. — *Πάν-εσσι* IV, 64. *ἄρν-εσσι* XI, 70. *ἀκρεμόν-εσσι* XVI, 96. *ἀκτίν-εσσι* XX, 80. — *μακάρ-εσσι* I, 111. *ἀμητήρ-εσσι* VII, 29. *χείρ-εσσι* XVII, 65. — *ἅλ-εσσι* XI, 96 (od. XI, 123). — Stirpes in *ες* **ες-εσσι* ς amisso *ε-εσσι*: *ἐπέ-εσσι* il. I, 304. *μελέ-εσσι* XIII, 57. *σακέ-εσσι* XVI, 78. XX, 192. *θυέ-εσσι* epig. 2. *εὐαγέ-εσσι* XXI, 30. — Stirpes in *υ*: *νεκύ-εσσι* XVI, 43. Adjectiva: *πλατέ-εσσι* ex **πλατέϝ-εσσι* digammate amisso XVII, 102. *βαρέ-εσσι* XX, 3. — Stirpes in *ι*: *ὀΐ-εσσι* V, 130. *πτολί-εσσι* XVII, 101. *ὀφί-εσσι* XIX, 31. — Stirpes in *ω*: *ἡρώ-εσσι* XVI, 80. XX, 163, in *ου*: *βό-εσσι* XV, 57, in *ευ* (*εϝ*): **εϝ-εσσι* tum *έ-εσσι*: *τεκέ-εσσι* VI, 24 et XX, 158. *Δωριέ-εσσι* XV, 93, tum productione suppletoria pro digammate *ή-εσσι*: *ἱππή-εσσι* XIX, 134. *ἀριστή-εσσι* XIX, 158.

2) *σι* suffixum ex *σσι* brevius factum sine vocali ad stirpem accedit, quae forma in dialecto Attica usitatissima jam apud Homerum nonnumquam legitur. Nonnumquam quoque fit, ut *σ* consonantem stirpis ultimam sibi adsimilet. Formas id genus Theocritus has praebet: *ποσ-σί* ex **ποδ-σι*

assimilatum I, 73. 79. VII, 143. XIII, 9. — *ἴρακ-σι* IX, 32; stirpes in ες hoc loco suffixum nominale *-ες*, sct. as, latine os (es), gotice iz (riquiz) reservasse videntur in *σμάνεσ-σι* V, 46. *στήθεσ-σι* VII, 47. *ἄνθεσ-σι* 80. *λέχεσ-σι* XX, 149. — *χερ-σί* III, 40. XIX, 28. XX, 33. — *νομεῦ-σι* VI, 28. *βασιλεῦ-σι* XVII, 110. — *δρυ-σί* VII, 87 (il. XIV, 398). *δάκρυ-σι* XIV, 38. *βοῦ-σι* IX, 3. XVI, 55. XVII, 101.

Tum *σι* stirpium dentalium et nasalium et in ες mutationes consonantium ultimarum varias efficit, ita ut litterae dentales et nasales ante *σ* elidantur, *ντ* autem producta vocali antecedente. Cuius modi formae linguae Graecae vulgaris sunt, quas ut Homerus, sic Theocritus non raro usurpat et id quidem his locis: *ὄμμασι* ex *ὄμματ-σι* V, 35. XVIII, 38. *ὕδα(τ)-σι* VIII, 60. *γούνασι* ex **γόνϝατ-σι* XIII, 50. *ἔργμα(τ)-σι* XVI, 14. *παλαίσμα(τ)-σι* XIX, 112. *οὖσι* ex *ὄντ-σι* IX, 27. *πάσι* XVII, 88. *ἰμᾶσι* XX, 3. *λέουσι* XX, 77. *κρατέουσι* 212. — *πο(δ)-σί* VIII, 42. IX, 17. XVI, 8. XIX, 27. *χαμευνί(δ)-σι* VII, 132. *ἐρυθαμνί(δ)-σι* 137. *φρε(ν)-σί* XVII, 15. — *ὦρε-σι* ex *ὤρεσ-σι* cf. supra *στήθεσ-σι* III, 45. *ἄνθεσι* V, 87. *δένδρε-σι* VIII, 60. *οὔρεσι* XIII, 59. *στήθεσι* XV, 124. *αἰκέ-σι* XX, 109. *ἔγχεσι* 188.

Stirpes o et a exeuntes in lingua Graeca dativum pluralis eodem faciunt suffixo quo aliae stirpes; alio autem modo suffixum cum stirpe nominali coniungere solent. Species vero dativi antiquissima in fontibus dialecti atticae antiquioris reperitur, ut in inscr. C. J. Gr. nr. 140[b] *ταμία-σι*, *Ὀλυμπία-σι*, *Πλαταία-σι*, *Ἀθήνη-σι*, *θύρα-σι* alia. Cuius rationis apud Theocritum nulla exempla leguntur. Species linguae Graecae usitata *αισι-οισι* ita facta videtur, ut stirps vocali aucta sit itaque ex *λυκο- λυκοι-* ex *χωρα- χωρα-ι-* id quod inprimis lingua latina frequentat cf. ferent-i-a alia; ad stirpem ita auctam *-σι* accessit. Itaque dativus *σπειρα-ι-σι*, natus est quem Theocritus decies septies vel ionice *-ῃσι*, quem trecies et *λυκο-ι-σι*, quem sexagies septies usurpavit.

Sed i finale jam antiquissimis linguae Graecae temporibus amissum esse videtur, non jam apud Homerum formae breviores non raro leguntur ut σοῖς il. I, 179. θεοῖς il. I, 128. χρυσείοις il. I, 246. Quam speciem Theocritus non rarius quam vetustiorem usurpavit.

Item αισι vel ησι in αις vel ης abbreviatur, id quod apud Homerum factum esse exempla ut κοιλῆς il. I, 89, ἧς il. I, 205. σῆς il. I, 179. Ἀτρείδης il. VII, 734 docent. Qua specie ionica Theocritus semel: γενεῆς XII, 18; αις autem specie vulgari persaepe usus est.

Genetivus singularis. Pleraeque linguarum indogermanicarum genetivum singularis — as ad stirpem nominalem affixo flectunt, quod in lingua sanscrita est -as, in Graeca -ος, in prisca latinitate -os ut hosti-os, exercitu-os, domu-os, tum-is, cf. Aug. Schleich. Cpd.[2] 556. G. Curtius in dissert. soc. l. sax. pg. 283.

Stirpes in ες, 1) *ες-ος ut in prisca latinitate corp-os-os corp-os-is, ε-ος aut in ευ contrahitur ut fieri solet in titulis Rhodiacis, Astypalaeensibus, Cyrenaeicis: Προξιτέλευς V, 105. Εὐμήδευς II, 134. ὄρευς III, 46. cf. C. J. Gr. nr. 2905. Quam speciem Homerus quoque suppeditat ut ἐρέβευς il. VIII, 163. θάρσευς il. XVII, 573. θέρευς ad VII, 112. 2) ε-ος non contrahitur, ut in dialecto dorica fieri adsolet: Διομήδεος I, 100. Πολυδεύκε-ος IV, 9. πολυδένδρε-ος XI, 46. μανιώδε-ος XXI, 13. ὤρε-ος IV, 35. θέρε-ος VI, 4. Ἄργε-ος XV, 141. βρέφε-ος XVII, 65. σάκε-ος XIX, 23, quae apud Homerum non rara est ut μένε-ος il. I, 103. στήθε-ος il. III, 221. δέε-ος il. 376. 3) ε-ος vulgarem in rationem in ου contrahitur: δείους XIX, 60. εὐώδους epig. 2. Voces cum κλέος compositae doricum in modum aut ε ejiciunt ut Ἡρακλέ-ος I, 120. Ἱπποκλέος in inscr. Teg. cf. Ahr. d. d.

235 aut *η* exhibent: *Ἡρακλῆ-ος* XVII, 20. Purissima forma est in lingua sanscrita, cravas-as = **κλεϝέ-ος*. — Stirpes diphthongae: *αυ* ϝ vel *υ* ejiciunt: *ναός*. XVII, 99. *νη-όν* XX, 49; *ευ* aut ϝ ejicit ut *Ἀτρέ-ος* XVIII, 7 aut *ε* in *η* producunt: *βασιλῆ-ος* XV, 52; *έος* est ratio dorica vide Ahrens. d. d. 257. Stirpes in *οϝι* femininae a ratione vulgari non differunt: *Μελιξοῦς* II, 145. *ἀοῦς* XI, 15. Homerus praebet *ἠόος* (Bekker. *ἠοῦς* il. VIII, 508). *αἰδόος* (Bekk. *αἰδοῦς*) Od. III, 14.

Tum stirpes molli vocali et diphthongo exeuntes *-ι-* *Θύρσι-ος* I, 64. *ὀι-ός* II, 2. *Μύνδι-ος* 95. *πόλι-ος* VII, 2. XVIII, 2. *πόρτι-ος* VIII, 79. *χαλκεοκάρδι-ος* XIII, 5. *πόσι-ος* XIV, 29. *Δώρι-ος* epig. 8, quae ratio dorica et Homerica est cf. Ahr. d. d. 221. — *υ-* nomina substantiva *υ* reservant: *Ὄθρυ-ος* III, 42. *δρυ-ός* V, 102. 116. XI, 49. XV, 112. XXI, 3. *κόρυ-ος* X, 46, adjectiva ut in lingua vulgari *υ* in *εϝ* faciunt, id quod grammatici aetatis nostrae „steigern" appellant, itaque **εϝ-ος*, digammate amisso *ε-ος*, quod legitur III, 29 *πάχε-ος* (ad. X, 439) et V, 54 *ἀδέ-ος* (ad. IX, 197). — *ω*: *χρο-ός* II, 155.

Rationem stirpium consonantium in lingua Graeca etiam stirpes in *α* sequuntur, quarum species antiquissima stirpe *ι* vocali aucta **χωρᾱϳ-ας* habenda est, quam femininae **ᾱ-ας*, *ᾶς* cf. latina famili âs, viâs (Enn. ann. 42) oscum totâs, masculinae vero in *ᾱ-ος*, *α-ο*, *α* vel *ου* mutaverunt. Leo. Meyer. de decl. gr. et lat. pg. 28 *αο* ex **ασϳο* evadere vult. Apud Theocritum haec suffixa ita distributa sunt ut *-ας* centies, *-ης*, ut in lingua vulgari, undecies, *-ης* ut in dialecto ionica novies legatur.

2) *α-ο* quod lingua vulgaris in *-ου* contrahit, dialectus dorica aut apertum relinquit aut in *α* longum contrahit; rationis prioris apud Homerum quoque exempla exhibentur: *Ἀτρείδαο* il. I, 203. *Πριαμίδαο* il. III, 356. *Φιλοκτήταο* il. II, 725. *α-ο* apertum Theocritus praebet his locis: *Ἀνκαονίδα-ο* I, 111. *Αἰδαο* II, 159. XVI, 30. *Εὐρώταο*

XVIII, 23. *Ἑρμείαο* XIX, 115; as in *ᾱ* contractum his: *Θεοχαρίδα* II, 69 et saepius. *Μενέλα* a nominativo *Μενέλας* ex *Μενέλαος* contracto. Rationem stirpium masculinarum sequi videtur genetivus vocis *Ἰμέρα*, quae bis pro *Ἰμέρας* legitur, V, 124. VII, 74; cuius speciei num alia sint exempla hucusque non satis constat.

Forma ionica *ἀΐτεω* XII, 20 exhibetur.

In genetivo singularis flectendo stirpes in *o* vocales ab reliquis stirpibus omnibus differunt, neque enim *-ος* (as) stirpi vocis affigitur, sed *-ιο* quod ex -sja, Graece *σ* amisso exortum esse manifestum. Eiusdem originis genetivus stirpium in *α* breve vocalium in lingua Sanscrita est, ita ut vṛka-sja, Graeco *λυκο-(σ)ιο* prorsus respondeat. Forma autem lingua Graecae antiquissima in *-ιο* recte habetur, quem Theocritus sexagies quater usurpavit.

Ex qua specie antiquissima jam tempore antehomerica ex genetivo *λυκο-ιο ι* elisum est, ut primum quidem *λυκο-ο* exoriretur. Quae quidem forma in lingua Graeca nusquam scripta in carminibus Homericis versus causa saepius statuenda est. De qua re cf. Ahrensii grammat. Homer. pg. 15 Immanuel Bekker in editione poëmatum Homericorum secunda hanc genetivi in *o-o* speciem si minus in textum recepit, attamen scriptam esse vult, ut *ὄο κλέος* il. II, 325. *Αἰόλοο μεγαλήτορος* ad. X, 36. *δήμοο φῆμις* ed. XIV, 239. *ἀνεψίοο κταμένοιο* il. XV, 554; plena apud Leo. Meyer., de declin. Graeca et Latina pg. 27. Inde dorica dialectus *oo* in *ω*, ut fieri solet, contractis genetivum in *ω* flexerunt, quam formam Theocritus quoque saepius usurpavit. Loci Singuli jam supra pg. 38 enumerati sunt.

Lingua autem vulgaris *o-o* illud in *ου* contraxit, quam formam ne Theocritus quidem neglexit; loci singuli jam supra pg. 39 enumerati sunt.

Ad genetivum pluralis formandum duo suffixa a lingua Graeca adhibita sunt, quorum alterum — sâm stirpium in â vocalium et pronominalium, alterum autem — âm reliquarum omnium proprium est. Ac primum quidem -âm, Graece -*ων*, Latine -um respiciendum est, qua in re raro fit, ut Theocritus a lingua vulgari discrepet.

Stirpes in *ι* rationem doricam sequuntur: *πολί-ων* XVII, 81 (il. I, 125) *πολίων* in inscr. Herm. C. J. Gr. 1193. *πρυτανί-ων* Astypal. 2484. 2485; cf. latinum: hosti-um, stirpes in *ες*, *ϛ* amittunt: **ές-ων* *έ-ων*, quae forma et Homerica est vid. *ὀρέων* VIII, 410. *λεχέων* il. XI, 1 alia. Theocritus haec praebet: *θνέ-ων* II, 16. *ἐτέ-ων* XIV, 6. *δυσμενέ-ων* 84. *μελέ-ον* XVII, 22. *νιφέων* 71. *κερδέων* XVI, 15; quae dorica quoque forma est. In titulis vero Rhodiacis et Theracis *έων* in *ῶν* contrahi solet, ut *ἐτῶν* in inscr. Rhod. C. J. Gr. 2905. *συγγενῶν* Ther. 2448. Cuius speciei unum exemplar apud Theocritum legitur: *μελῶν* XVII, 63; forma contracta et linguae vulgaris et jam Homeri propria est vid: *στηθῶν* il. X, 95. *κερδῶν* od. VIII, 164. — Stirps in *υ*: *νεκύ-ων* II, 13. XXIII, 30 — in *ω*: *ἡρώ-ων* XIII, 25, in *αυ*: *νηῶν* XX, 18, ex *ναϝ-ῶν*; stirpes in *ευ(ϵϝ)-ϵϝ-ων* digamma amittunt et *ε* in *η* producunt: *βασιλή-ων* XVII, 12 (il. I, 176). Stirpes in *ο* *ο-ων* in *ων* contrahunt, qua in re Theocritus cum lingua vulgari plane concinit ut: *φυτό-ων* I, 33. *λέκτρων* II, 138. Quocum comparari possunt genetivi latini ut deûm Lucret. I, 54 divom Lucr. I, 155, nostr-um, vestr-um.

Stirpis in *α*. femininae et masculinae singulari modo genetivum pluralis -sâm affixo faciunt, id quod accentus semper circumflexus demonstrat. Forma quae dicitur Graeco-italica est â-sôm, ex qua Graeca *α-ων* *σ* eliso et m in n secundum indolem linguae Graecae mutato *-νλά-ων*, Latine a-rum rhotacismo italico quem dicunt silva-rum emanavit. *άων* vero in genetivis Homericis saepissime apparet ut *μουσά-ων* il. I, 604. *μελισσά-ων* *ἀδινάων* il. II, 87. *ἐρχομενάων* il. II, 91. Quam rationem Theocritus nonnus-

quam secutus est: *Μουσάων* XVI, 29. *τάων* XX, 161. *θυράων* XIX, 15; etiamsi omnino doricam *-άων* in *-ᾶν* contrahendi maxime usurpavit: *τᾶν νυμφᾶν* I, 12. *τᾶν* 21. *τᾶνδε* 113. *Μοιρᾶν* 127. *ὡρᾶν* 137. *χιμαιρᾶν* V, 56. *τᾶν ἀρνεᾶν* 57. *Μοισᾶν* VII, 37. 47. 128. *Φιλητᾶν* 40. *νυμφᾶν* 136. *μυκητᾶν* VIII, 6. *τᾶν λευκᾶν* 48. *τᾶν πυματᾶν ὠδᾶν* 65. *λευκᾶν δαμαλᾶν* IX, 10. *τᾶν θυρᾶν* X, 14. *γραιᾶν* XV, 19. *πηρᾶν* ibid. *αὐξομενᾶν* 121. *Μοισᾶν* XVI, 57. *λακαινᾶν* XVIII, 4. *Τυνδαριδᾶν* 5. *τᾶν* 25. *εὐπατριδᾶν* 43. *θυρᾶν* XIX, 49; semel quoque forma vulgariter contracta *ῶν* legitur: *Μουσῶν λιγεῶν* XXI, 221, quae ne ab Homero quidem aliena est vid. *πολλῶν* il. II, 131. *κεφαλῶν* il. III, 273.

---

§ 5. De pronominibus personalibus.

Stirpem pronominis personae primae *ma, Graece *-με*, *ε-με ε* prothetico esse ex libris Schleicheri, Boppii aliorum qui hanc materiem tractaverunt, facile apparet. Cuius pronominis Theocritus varias variarum dialectorum formas praebet neque locos singulos affere inutile censeo.

ἐγών forma linguae Graecae antiquissima, quae optime cum indogermanico *agham et sanscrito aham quadrat, apud Theocritum legitur: I, 115. 116. II, 2. V, 39. 114. 142. VII, 37. 90. XI, 74. XIV, 34. XV, 25. 60. Eadem est dialecti doricae (Sophronis, Epicharmi, Aristophanis) [cf. Apoll. Dyscol. de pronom. 63. 13] et boeoticae.

ἐγώ forma vulgaris quae in autoribus et titulis doricis optimae notae non raro legitur, a Theocrito saepissime usurpata est: I, 132. II, 23. 28. 54. 71. 102. 113. 137. 143. 158. III, 31. 63. 76. 134. V, 37. VI, 25. VII, 1. 27. 155. VIII, 18. IX, 12. 29. X, 8. XI, 25. XII, 20. XX, 208.

XXIII, 3. *ἐγώ* nonnumquam *-γα-γε* augetur ut *ἔγω-γα* XI, 123. *ἔγω-γε* XVI, 106.

Stirps secundae personae tva est, forma sanscrita tva-m, zendica tû-m, latina tû, gotica thu, Graeca **τϝε τυ* quae dialecti doricae propria a Theocrito maximam in partem adhibita est. Lingua vulgaris *τύ* in *σύ* mollivit ut *εἴκατι* in *εἴκοσι*.

Accusativus stirps pura est: *με* (aut *ἐ-μέ*) *ε* quod dicunt prothetico *με*, quae forma vulgaris et ab dialecto dorica aliena cum latino me optime quadrat.

ἐ-μέ quae dialecti doricae est legitur: III, 38. IV, 3.

τέ ex *τϝε* digammate amisso apud Alcmanem et Theocritum I, 5. reperitur.

τὺ quae forma enclitica ex **τϝε ε* amisso et *ϝ* in vocalem mutato exorta esse videtur, dialecti doricae propria, saepissime exhibetur: III, 18. 23. IV, 49. V, 41. 148. 150. VII, 28. 43. 145. VIII, 57. 68. X, 26. XI, 2. 26. XV, 40.

Stirps pronominis personae tertiae sva in lingua Graeca integra *σφε* apparet; *σφε* autem pro accusativo pluralis Graeci uti solent, Theocritus XV, 20, et *ψε* forma Syracusana IV, 3. Ex **sva sv* amisso et spiritu aspero relicto *ἕ* exortum est, quod apud Theocritum usitatum est IV, 53. V, 38. VIII, 19.

Dativum Graecum locativum et dativum indogermanicum continere, jam supra dictum est; formae locativi, quae a stirpe in *o* flexae sunt ut *οἴκο-ι*, *πέδο-ι*, *μο-ι*, *σο-ι*, *οἱ* in usum communem transierunt, neque eas Theocritus contempsit:

μόι quod a dialecto dorica non abhorret II, 1. 4. 81. 94. 143. 149. 152. III, 1. 12. 25. IV, 2. 3. 49. V, 8. 9. 13. 57. VII, 107. VIII, 6. 49. IX, 16. XI, 44. 50. 52. XV, 35. 69. XX, 135.

ἐμοί quod a dialecto dorica alienum est, semel apud Theocritum exhibetur XIX, 49.

τοι forma doridis antiquioris saepissime.

οἱ ex **σϝο-ι* forma et dorica et vulgaris.

Formae veri dativi rariores sunt et plerumque apud poetas leguntur. Suffixum dativum antiquissimum est -hjam, ma-bhjam, tva-bhjam, sva-bhjam, quae in lingua sanscrita sunt má-bjam, tú-bhjam, in latina mi-bi, ti-bi, si-bi; formae Graecae genuinae habendae sunt **ἑ-με-φιν*, **τε-φιν*, *ἑ-φιν*, quae mox ut genetivus et dativus dualis **λογο-φιν*, *λογο-ιν* φ amiserunt, ita ut **ἑμε-ιν*, *τε-ιν* (quod apud Homerum scriptum Leo. Meyer. false e *τεϝ-ιν* evadere vult) **ἑ-ιν*, tum contractione quadam reconditiore *ἐμίν*, *τίν*, *ἵν* Hesiod. fr. 204 fierent. cf. Schleich. Cpd.[2] 647.

ἐμίν (cf. Apoll. Dyx. de pron. 104, 13) quod legitur apud Homerum, Epicharmum 94, 9, in Acharm. 699, saepius apud Theocritum.

τίν (Apoll. d. pron, 105, 13) quod legitur apud Alcmanum 15 et Pindarum, apud Theocritum.

Genetivus pronominnm personalium *-ος* *as et *-ιο* *sja suffixis formatus est; aliter sentit Schleicher Cpd.[2] 640. *-ος* ad stirpem affixo **εμέ-ος*, *τέ-ος* (e Sophrono 75 ab Apollon. d. pr. p. 95C affertur, Hesych. *τέορ-σεῦ Κρῆτος*) *σφέ-ος* exortae sunt, quae ne in dialecto quidem dorica leguntur; origines tamen sunt formarum doricarum *ἐμεῦς* (Apoll. 95A), *τευς* (Apoll. 96A) vocalibus *ε-ο* ut fieri solet in *ευ* contractis.

τευς legitur apud Theocritum II, 125. X, 36. XI, 53. XI, 50. V, 39.

τεοῦς XI, 23 ex optimis libris manuscriptis pro *σοῦς* restitutum ab Apollonio Dyscolo de pron. pg. 95C e Sophronis fragmento 27 commemoratur.

ϛϳο ad stirpem affixo **ἐμε-σϳο τε-σϳο σφε-σϳο*, tum *σ* amisso *ἐμε-ιο*, *τε-ιο*, *σφε-ιο* exorta sunt quae apud Homerum leguntur, tum *ι* vocali ut in declinatione stirpium in *ō* amissa *ἐμέο* (*ἐμίο* ex Rhintone ab Apoll. 95B allatum *τέο* (Apoll. 95B), tum *εο* in *ευ* contractis doricum in modum *ἐμεῦ*, *τεῦ*.

Apud Theocritum leguntur *ἐμεῦ*, *μευ*, *τευ*.

Maxime de *σευ* (XV, 57. 63. XXIII, 16) dubitatum est; quod vocales doricum in modum in *ευ* contractas, *τ* autem vulgariter in *σ* mutatum praebet.

Alia denique genetivi forma est *σέθεν* quae apud Theocritum XVII, 46. 136 epig. V, 5 legitur, sed a dialecto dorica aliena esse videtur; contra *μεθεν* encliticum (cf. Ahr. d. d. 249) e Sephronis frag. 46 ab Appolonio d. pron. 83C affertur, *σέθεν* (cf. Ahr. d. aeol. 124) e Sopph. fr. 12. 66. 69. Cuius de origine et formatione cf. Aug. Schleich. Cpd.[2] 648 qui *-θεν* sanscrita -thas, zendico dha respondere censet.

Praeterea formae epicae *νιν* et *μιν* saepius apud Theocritum exhibentur.

Formae pronominum personalium plurales a stirpibus propriis flexae sunt. Atque stirpis personae primae origo indogermanica non satis perspecta est; Schleich. Cpd.[2] 650 ma-sma et stirpem secundae personae tva-sma conicit; lingua Sanscrita a-sma et justhma et formas indeclinabiles nas et ras praebet, lingua Graeca **α-σμα*, **ἀ-σμι*, **ϳυσμα*, **ϳυσμι* quas dialectus dorica in *ἄμε* et *ὔμε* longis vocalibus productione suppletoria exortis, aeolica autem *ἄμμε* et *ὔμμε* *σ* assimilato et psilosi quam dicunt accepta mutavit. Pronomen reflexivum sva Graece **σϝε*, **σφι* factum est. Quibus stirpibus nominativus *-ες* affigit, ut **ἀμέ-ες*, **ὑμε-ες*, **σφέ-ες* fiant, unde dorice *ἀμές*, *ὑμές*, *σφές* (fortasse) ratione quam grammatici aetatis nostrae — Verengung — appellant, cf. Ahr. d. d. 258, aeolicc *ἄμμες*, *ὔμμες*, *σφεῖς*, cf. Ahr. d. aeol. 124. 125, vulgariter *ἡμεῖς*, *ὑμεῖς*, *σφεῖς*. Ex quibus Theocritus usus est his:

ἀμές V, 57. XIV, 20. XIV, 48. XV, 131. *ἄμμες* XVI, 4. XVIII, 39. 57. XXIII, 30.

ὑμές V, 111. VIII, 70. VII, 11. *ὑμεῖς* XX, 17. 149.

Accusativus ut in stirpibus singularis, ita in stirpibus pluralis dorice et aeolice sine suffixis formatur: *ἀμέ*, *ὑμέ*,

σφέ-ἄμμε, ὔμμε, σφε, cf. Ahrens. d. d. 261 seqq. et aeol. 125. Theocritus haec suppeditat:

ἀμέ VIII, 20. X, 38. XV, 75. ἄμμε XXIII, 2.

ὑμέ II, 127. IV, 145. ὔμμε XVI, 108.

σφέ XV, 80. ψέ IV, 3 forma Syracusana dicitur ab Apollonio Dysc. d. pr. 128A et 122B (Συρακούσιοι διὰ τοῦ ψ πάσας τὰς διὰ-τοῦ σφ). Schol. Theocr. IV, 3. Gregor. Cor. 253. Hesych. ψέ. — Secundum rationem vulgarem σφέ-ας XVI, 57 factum est.

Dativus Graecus et dativum et locativum indogermanicum continet; dativi veri sunt formae doricae ἀμίν, ὑμίν, σφίν, aeolicae ἄμμιν, ὔμμιν, σφίν ut singularis ex ἀμε-φιν cet. cf. Ahr. d. d. 259 et aeol. 125; vulgaris ἡμῖν, ὑμῖν, σφιν. Theocritus utitur his:

ἀμίν I, 14. II, 14. 30. 63. V, 24, 106, 126. VII, 2. 11. 125. 134. 144. VIII, 13. XI, 7. XIII, 1. XIV, 27. XV, 17. 59. 75. ἄμμιν XX, 70. XXII, 13. ἄμμι I, 96. XX, 166. ἡμῖν XX, 147.

ὑμίν I, 104. 139. V, 144. X, 46. XV, 4 epig. 6. XI, 59. ὔμμιν XXI, 49. 152. ὑμιν XX, 24 epig. 3. σφιν XIII, 31. XV, 1. 40. XVIII, 26. XX, 81.

Unicus apud Theocritum locativus est σφί-σιν (su) VII, 33. XVI, 12. 47. XVII, 84. XX, 83. Genetivus pluralis ex analogia stirpium in consonantem exeuntium flectitur: ἀμέ-ων dorice cf. Ahr. d. d. 258, ὑμέων, σφέ-ων, unde ἀμῶν, ὑμῶν, σφῶν contracta. ἀμέων legitur VIII, 20. ἀμῶν II, 156. XV, 68. 94. σφεων XX, 20.

Stirpes dualis Graecae sunt νω, σφω, σφω. Nominativus in modum stirpium vocalium in ō ι affixo formatus esse videtur; genetivus vero et dativus dativo vero in -ιν *φιν, νω-ιν, σφω-ιν, σφο-ιν repraesentantur. Apud Theocritum haec exhibentur: νῶι XX, 75. σφώ XX, 169. — νῶιν XX, 11. σφῶν XX, 167.

Lipsiae, typis expressit Guil. Drugulin.

Thumb: Cork Dialects –

Merry: Selections in Cork Dialects –


CT 1 1885
NOV 3 '67 H
CANCELLED
1687858

Gt 14.403
Quaestiones de dialecto Theocritea.
Widener Library 003434845
3 2044 085 171 387